[I 2]

Chr[illegible] Fatto [illegible] i

quatt

[illegible]

[illegible]


noris

1r

STATVTA

ET IVRA MVNICIPALIA ANTIQVAE

Vrbis, & populi Ciuitatis Nucerij, Conſilij generalis, Magnificę ciuitatis prædictę, & auctoritate publica facta, & fideliũ, ac expertorũ notariorũ Frãciſci Froili, Lucę Iacobutij. Frãciſci Rentij, Municipũ Nucerij electorũ & deputatorum diligentia & cura impreſſa.



Fulginei per Auguſtinum Colaldum de Ciuitate Ducali, apud Vincentium Cantagallum, Anno Dñi 1567. Pridię Calendas Martij.

Mei Hieronimi Iacobutij de Amerina

IN NOMINE DOMINI
NOSTRI IESV CHRISTI ET SVAE
Beatæ matris virginis MARIAE. Hoc eſt volumen ſtatutorum Communis,& populi Ciuitatis, & diſtrictus
NVCERII.

AD Honorem & reuerentiam omnipotentis Dei,& glorioſæ ſemper virginis Mariæ matris eius, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & beatorum confeſſorum ſanctorum Raynaldi,& Fœlicißimi patronorũ cõmunis,& populi Ciuitatis,& deſtrictus Nucerij,ac totius cęleſtis curiæ. Ad honorem & reuerentiam ſacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſanctiſſimi in Chriſto patris,& Dñi Dñi Gregorij Papæ xi. & ſuorum fratrum Dominorũ Cardinalium. Ad honorem,& reuerentiam dñi Rectoris prouincię Spoletani ducatus ſuorumq; officialium,& ſue curiæ. Ad bonum & pacificum ſtatum,atq; tranquillum ciuitatis,& diſtrictus Nucerij. Nos Vagnolus Bonãni,Rainaldus Larij de ciuitate Accurſolus chriſtiani,& Vãnutius mattonarij de comitatu priores populi, Ioãnes Monaldutij,Agnelus magiſtri Andreę,Magiſter vẽtura niccolę,Petr⁹ Matthioli Ioannes Bartolelli,Bartholomeus Lucij,Petrus Ionctę & Pace mei de ciuitate, Puccittus ciccoli,Gẽtelutius Macthioli,Oddolus Buti,Cicchus vagnoli,Gualterius agne lucij, Vicus Felippi, Moricus mancie, & Conſulus, Putie de comitatu Nucerij: ſtaturarij electi ſecundum formam ſtatutorum,& reformationum cõmunis præfati, ſicut patere aſſeritur manu ſer Benedicti,ſer Benucci de piro notariorum dominorũ priorum,& reformationum dicti cõmunis, ad componendum & faciendum leges,& ſtatuta dicte ciuitatis cõmunis,& deſtrictus eiuſdẽ ex auctoritate poteſtate arbitrio, & balia nobis indultis a generali conſilio populi ciuitatis prędictę, vt p; manu prædicti Benedicti notarij prædicti ſupradicta,& infraſcripta faciendi & exercendi, circa ipſarum legum compoſitionem, Diuina propitiante clementia,curam & diligentiã exactiſſimam impendentes leges ipſas, & ſtatuta compoſuimus, eaſq; in partes quinq; diuidentes quarum prima de officiis tractat, Secunda de Iudiciis ciuilibus, Tertia d' Malleficiis,Quarta de dãnis datis,Quinta de Extraordinariis,prout iſra p ordinem ſunt ſcripta. Mandauimus & mandamus ab omnibus & ſingulis ciuibus, & diſtrictualibus ciuitatis Nucerię,ac alienigeris vndecumq; ſub regione dictæ ciuitatis donec horum ſtatutorum volumina fuerint innouata, a die confirmationis fiẽde de dictis ſtatutis per dominum dñumRectorem, vel eius Cõmiſſarium,incipiendoq; pro ſtatutis & legibus pdictę ciuitatis,& diſtrictus Nucerij omni modo inuiolabiliter obſeruari.

INCIPIT PRIMA PARS VOLVMINIS STATVTORVM dicti cõmunis,de Iuramento poteſtatis ſuorumq; officialiũ, & familiarum. Cap. I.

IN primis ſtatuimus & ordinamus, q Poteſtas qui venerit ad regionem Ciuitatis Nucerij,inprincipio ſui ad ventus regiminis antequãdeſcendat de equo,ſuum iuret officium in platea Ciuitatis Nucerij,in præſentia Dominorum Priorum dictæ Ciuitatis, ante Banchum Iuris ſitum ſub Logia palatij reſidentiæ, prædictorum dominorum priorũ, anteq̃ vadat ad canonicam, vel ad alium locũ: Et poſt ipſum iuramentum teneatur ire ad viſitandum altaria ſanctæ Mariæ maioris, Eccleſiæ Nucerinæ,& beati Rainaldi,quod iuramentũ debeat eſſe tale: Iuret eĩm pfatus poteſtas

„ ad ſancta Dei Euangelia tacto libro, præſentiũ ſtatutorũ, ꝙ fidelis & deuotus S. R. E.
„ exiſtat, & ꝙ omnes generales conſtitutiones, quæ vigent, & vigebunt in futuro in ꝓ-
„ uincia ſupradicta firmiter obſeruabit, & contra eas non faciet nec fieri conſentiet,
„ quoquo modo. Et ꝙ omnia ſtatuta & ordinamẽta approbata, per Dñum Rectorem
prouincie ducatus Spoletiñ. ſuabit & non alia, & quæ iuſta & ęqua fuerint, & nõ ob-
uiantia eccleſiaſticæ libertati. Et ꝙ conſeruabit reddet & faciet, & exibebit iuſtitiã
& rationem ſumariam eccleſiis & hoſpitalibus, & eorum miniſtris clericis, & monia
libus ipſarum eccleſiarum orfanis viduis & pupillis, & cęteris miſerabilibus perſonis
& deo deuotis, & eiſdem fauebit, cum iuſtitia iuxta poſſe, ita tamen, ꝙ aliorum iu-
ſtitia non ledatur. Iuriſdictiones & libertates cõis Nucerij conſeruabit procura-
bit & augumentabit pro poſſe: caſtra, & alias, fortillitias cõmunis Nucerij, cuſtodi-
ri facere, per caſtellanos deputandos per cõmune Nucerij & quæ eſſent in rebellione
dicti comunis procurabit ſollicite, & pro poſſe ꝙ veniant ad obbedientiam dicti cõ-
munis. Et cuſtodiet & ſaluabit Molendina merlata, & alia Molendina & bona dicti
cõmunis: Et ſtabit contentus pro ſuo ſalario ſibi ordinato, nec vltra petet, nec pro-
curabit habere per ſe, vel alium directe, vel per obliguum aliquo ingenio ſiue modo.
Et ſtabit perſonaliter ad dictum officium exercendum, toto tempore ſui regiminis,
cum omnibus illis officialibus familiaribus & ęquis, quos ſecum habere debet, ex for
ma ſue electionis, & ſtatutorum cõmunis Nucerij, & ꝙ conabitur toto poſſe de dict.
Ciuitate, & eius deſtrictu expellere omnes hereticos, & patarenos & infideles, & om
nia, & ſingula bona iuriſdictiones, vel iura dicti cõmunis manutẽebit ſeruabit & au
gumentabit pro poſſe, & obſeruabit & obſeruari faciet a ſuis officialibus, & familia.
Omnia & ſingula ſtatuta ordinamenta, & reformationes facta & fienda, per priores
& conſilia dicti cõmunis, approbata per Rectorem prædictum, & ꝙ officium dñorũ
priorum conſeruabit, & augumentabit iuxta poſſe. Et ꝙ manutenebit conſeruabit &
augebit populum ciuitatis prædicte, ac ſtatum pacificum ipſius ciuitatis. Et omnibus
& ſingulis hominibus, & perſonis ciuitatis Nucerij, eiuſq; diſtrictus ius & iuſtitiã exi
bebit ſecundum formam ſtatutorum ordinamentorum, & reformationum cõmunis
ciuitatis prædicte. Et vbi ſtatuta non loquerentur procedat de ſimilibus ad ſimilia.
Et vbi non reperiretur ſimile ſeruabit conſuetudinem generalem. Et vbi nõ eſſet cõ
ſuetudo, ſeruabit Ius cõmune canonicum & ciuile. Et finito ſuo officio ſtabit ad ſcin
dicatum cum ſuis officialibus & familia in hoſpitio publico & non priuato, & de ge-
ſtis per eos reddere Integram rationem & omnes credẽtias ſibi impoſitas tenere, ac
executionẽ omnium datiuarum facere cum effectu, ſecundum formam ſtatutorum
dicti cõmunis, & ordinamentorum, & reformationum ipſius pęna ipſi poteſtati, cen-
tum lib. deñ. in caſu quolibet, quo contra venerit, & qualibet vice, & ſub vinculo ſa-
cramenti. Et omnia & ſingula alia faciet & ſeruabit, quæ ex forma ſtatutorum ordi-
namentorum & reformationum ciuit. prædictę, ipſiuſq; deſtrictus & cõmunis facere
& ſeruare tenetur, ſub vinculo dicti ſacramenti, & ſub illis pęnis, quæ in ipſis ordina-
mentis & reformationibus ſpecialiter denotãt. Et dicimus, ꝙ de dicto iuramẽto fiat
publicum iſtrumeñ, prout in dicto capitulo continetur. Et ꝙ Iudex notarij, & alii offi
ciales dicti dñi poteſtatis infra octauam diem, a die introitus dicti poteſtatis teneãt
& debeant iurare ſimili modo, in palatio dñorum priorũ, in conſilio generali.

De electione poteſtatis. Cap. II.

AD hoc vt non fruſtretur intentio cõmunis oppinionis, & affectionis primarum
& hominum ciuitatis & diſtrictus Nucerij curã habentium boni regiminis di-
cti loci in nominando pro poteſtatibus bonos generoſos, ac virtuoſos viros, q̃ ſint &
eſſe debeant poteſtates dictæ ciuitatis & diſtrictus, diſtinctis ſex menſibus ſecundum
formam ſtatutorũ dicti cõmunis, & dictę poteſtarie officiũ libere exercere; ſtatuimus
ac lege municipali firmamus, ꝙ priores q̃ pro tẽpore erunt primis duobus menſibus,

poſt

42

poſt approbationem præſentibus ſtatutorum teneantur & debeant vinculo iuramẽti, ac pęna 25. librarum, pro quolibet eis, de facto tollenda & applicanda cam̃. dicti cõmunis, pro dicto cõmuni recipienti, vna cum quatuor bonis viris eorum tempore deputatis ad confirmationem propoſitarum eligere duos bonos & expertos, ac legales, & fide dignos viros de numero ciuium dictę ciuitatis quorũ vnus ſit expertus, & licteratus, tales electos infra duos dies, a die electionis ipſorum mittere, et eos dicti quatuor, & priores iurare cogant ad ſancta Dei Euangelia corporaliter tactis ſcripturis, ꝙ nullam diem tẽporis quo ipſi vocabunt, indiſcurrendo, & indagando, pro dictis bonis & generoſis hominibus inueniendis expendent in vnũ, vel ſuper vacue, vel otioſe ſed continuo curam & ſollicitudinem habebunt infraſcripta eius cõmiſſa faciendi, & curam & operam dare ſollicite redeundi, & remeandi ad dictam ciuitatem Nucerij, & cõmiſſa eis, & mandata in præſenti capitulo contenta fideliter ad implebunt: remoto odio amore timore, & ſpeciali lucro, vel dãno ſuo, vel alieno, & eis imponere, & mandare, ꝙ diſcurrant per terras in prouincias ſacro S. R. E. ſubiectas, & de numero ſubiectorum eccleſiæ prædictæ dũtaxat nobilium & ſtipitis gñoſi. Et indagent, & perquirant, qui & quales ſint & cuius cõditionis & fame in terris vnde ſũt: & ſi ſunt fideles S. R. E. vel non, & ipſorum nomina, videlicet fidelium dictæ eccleſiæ, & virtuoſorum, & generoſorum prædictorum redigere inſcriptis, & ea referre in cõmuni prædicto prioribus dictæ ciuitatis, qui pro tempore erunt quo facto fiat cõgregatio totius conſilii dictæ ciuitatis, & in ipſo conſilio per manus cancellarii, dicti cõmunis ſingula nomina ſupradicta, ſcribantur in ſingulis briſiolis, ita ꝙ ſint viginti briſioli, in quolibet dictorum briſiolorum ſcribantur vnũ de nominibus ſupradictis, & ipſa briſiola, tunc inſacculetur, de quo ſacculo tempore quo priores, qui pro tempore erunt in cõmuni ꝓdicto, in officio dum voluerint vacare, & intendere ꝙ nouus poteſtas eligatur, & confirmetur more ſolito, in generali conſilio dicti cõmunis, de ipſo ſacculo extrahantur quatuor briſiola de briſiolis ſupradictis, & Cancellarius nomina quæ inuenerit ſcripta in ipſis quatuor briſiolis manu ſua tranſcribat, & conſcribat in quadam cedula, & ipſam cedulam dicti priores intercluſam in litteris pro parte dicti cõmunis concedendis ambaxiatori tranſmittendo ad Dñum Rectorem prouincię. q. pro tempore erit, vel alium iuriſdictionem habentem in his, a S. R. E. mictant, & dirigant per ipſum ambaxiatorem eligendum, per ipſos priores & quatuor, a propoſitis ad Dñum Rectorem ꝓdictum, vel alium in his a S. R. E. iuriſdictionem habentem, vt vnum ex nominibus ſcriptis in ipſa cedula confirmet, & cõfirmare poſſit, idoniorem pro poteſtate dictæ ciuitatis, pro ſex menſibus initiandis finito tempore poteſtatis, qui erit tempore confirmationis ꝓdictæ. Et ſic ſucceſſiue hoc ordine procedatur in electione dicti poteſtatis, pro toto tempore, quo durabunt ſtatuta in hoc volumine ſtatutorum cõprehenſa, & ꝙ ad Dñum Rectorem ꝓdictũ nullus dictis prioribus, & quatuor ad propoſitas confirmandas audeat, vel præſumat accedere cũ nominibus, & licteris ſupradictis pęna cuilibet contrafacienti, & qualibet vice 25. lib. deñ. de facto auferenda eis, vel ei contra facienti, & pro qualibet vice, per poteſtatẽ dictæ ciuitatis, & applicanda cam̃. dicti cõmunis pro dicto cõmuni recipienti.

¶ Qualiter ſoluatur poteſtati de ſuo ſalario. Et de ipſius ſalarii declaratione, Et de forma ſcindicatus ipſius poteſtatis, & ſuorum officialiũ. Cap. III.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ poteſtas qui pro tẽpore fuerit pro ſeſuiſq; officialibus & familiaribus, ac equis quos ducere & habere voluerit & debet ſecundum formam ſue electionis, & ſuum ſalariũ habere debeat hoc modo videlicet, de duobꝰ menſibus ſicut pro rata capit, itaq; in fine priorum duorũ menſium habeat tertiã partem ſui ſalarii. Et in fine aliorũ duorum menſiũ ſubſequentium habeat aliam tertiã: Reliqua vero tertia pars vltimorum menſium remaneat, & remanere debeat pęnes Cam̃. cõmunis, qui pro tempore fuerit indepoſitu, donec a ſcindico cõmunis, qui eũ ſcindicabit fuerit per ſententiam in generali conſilio abſolutus, vel cõdenatus cuius

poteſtatis ſalarium eſſe, volumus decernimus & declaramus,& ipſum habere volumus,& Cam̃. dicti cõmunis,pro ſuo ſalario,& ſuorum officialium & familiarium , & ęquorum pro ſingulis ſex menſibus trecentos vigintiquiq; florenos auri cuiuſcunq; ſalariũ valoris exiſtant modis & temporibus antedictis,omni alio ſalario addictione,et prouiſione in ipſo ſalario cõputatis, factis per cõmune Nucerij,quandocunq; , quomodocunq;,et qualicũq; modo . Item debeat habere dictus poteſtas,à Cam̃ cõmunis Nucerij qui pro tempore fuerit,in principio ſui regiminis abſq; aliqua alia deliberatione pro cartis pecudinis cera,intinta vernice paleis pro lecteriis et aliis reb' neceſſariis et opportunis,pro adminiſtratione officij ſui, et not. cuſtodie ipſius , pro toto tempore eorum,et cuiuſq; eorum officii quindecim lib. deñ. cort. et vltra dictã quantitatem,dictus poteſtas petere non poſſit. Et Cam̃. nõ poſſit aliquid aliud dare dicto poteſtati,nec eius officialibus,ſub pęna 25.lib.deñ. et nichilominus illud quod dederit,vel ſoluerit de ſuo proprio cõmuni p̃dicto reſarcire,ac ſoluere teneatur, pro quo ſalario teneatur et debeat ſecum ducere et habere vnum bonum et expertũ Iudicem,iuris peritum duos notarios bonos expertos et legales,et infra ipſos notarios iudicem et berruarios eſſe non poſſit,nec admittatur minor 25. annis,nec infamis. Item habere debeat et tenere tres ęquos : Et ꝙ poteſtas q̃ pro tẽpore fuerit teneatur et debeat quolibet mẽſe ſui regiminis quatuor vicibus omni octaua die inplatea cõmunis coram prioribus,qui pro tempore fuerint aſſignare omnes et ſingulos officiales familiares et equos p̃dictos coiunctim et non diuiſim abſq; inquiſitione aliqua fienda per ipſos priores,et nichilominus ad requiſitionem ipſorum Dñorum priorũ, quandocũq; eis videbitur,quam moſtram,& aſſignam priores dictę ciuitatis admittere nequeant,niſi prima fide viderint oculata pęna dictis prioribus,& cuilibet ipſorum decem lib. deñ. vice qualibet applicañ. cõmuni Nucerij , etiam ipſis prioribus, & eorum notario dare & aſſignare in ſcriptis omnia &ſingula nomina officialium,& familiarium,& locum vnde ſunt,& dictos tres ęquos cum ſignis & merchis. Et nullus de officialibus poſſit poteſtas ipſe,nec de familiaribus & ęquis mutare,nec cambiare ſine licentia priorum ad pęnam infra ſcriptam videlicet : poteſtati contrafacienti, & non obſeruanti pro qualibet vice,centum lib. deñ. cõmuni Nucerij applicañ. Qui poteſtas officiales & familiarij non debeant eſſe ex banditi,nec exititij de aliqua terra,& debeant perſonaliter ſtare in dicto officio,nec ſe abſentare,niſi ex vera & legitima cauſa approbata per priores cõmunis,& conſilium generale, in quo cõſilio ſint & eſſe debeant adminus 30. veri conſiliarij,& obtineant per duas partes ipſorum cõſiliariorũ ad buſſulas & palluctas,& teneantur & debeant aſſignare cam̃. cõmunis, p̃ dicto cõmuni Nucerij,recipienti duos paueſes magnos ad arma ipſius depictos bonos & ſufficientes, & vnam baliſtam de ligno cum balderio corda & maiſtra valoris & extimationis centum ſolidorũ deñ. extimañ.per priores,q̃ pro tempore fuerint,& 25. verectonos peñ centũ librarum de ſuo ſalario cõmuni Nucerij applicañ . Et prioribus q̃ dictam baliſtam & paueſes contra dictam formam receperint, centum ſol. deñ. & ſuo ſalario ſit contentus, & vltra petere nequeat , vel habere directę , vel indirectę aliquo colore q̃ſito per ſe,vel interpoſitam perſonã quocũq; modo,vel cauſa ad illam pęnã,q̃ continetur in ſtatutis,& ordinamentis cõmunis Nucerij,& ad pęnã quatrupli totius eius,quod vltra ſuum ſalarium per ſcindicum cõmunis eũdem percepiſſe repertum. Quam pęnam camerarius cõmunis Nucerij, de ſuo ſalario debeat retinere . Et ꝙ poteſtas teneatur perſonaliter, finito ſuo officio ſtare ad ſcindicatum quatuor diebus,quorum dierum , imprimos duos dies poſſit dari petitiones contra poteſtatem & officiales & beruarios ipſius poteſtatis & alios duos dies debeant condenari,vel abſolui per ſcindicatorem dicti cõmunis ſcindicantem eos, cum ſuis officialibus & familiaribus ad reddendum rationem adminiſtrationis ſui officij . Et hoc capitulum ſit præciſum & inmutabile vnicuiq;,itaq; per aliud capitulũ ſtatutorũ ordi-

namentorum vel reformationũ non poſſit huic capitolo derogari, vel minui, nec ꝓponi poſſit de huiuſmodi capituli ſuſpenſione, ſiue caſſatione peti licentia, neq; dari in aliquo conſilio dicti cõmunis, & ſi datũ fuerit non valeat, nec teneat, Et ꝙ nullus in contrarium huius capituli poſſit, cõſulere, nec arringare, quod ſi fecerit eius dictũ vel conſilium non valeat, nec teneat vllo modo pęna, nihilominus poteſtati quinquaginta lib. deñ. de ſuo ſalario, ſi proponeretur de ſuſpenſione caſſatione, vel diminuitione huius capituli, & eadem pęna ſimiliter Iudici proponenti: Et prioribus ꝗ pro tempore erunt ſit peñ. ducentarum librarũ, pro quolibet, ſi dictę ꝓpoſite in aliquo cõſentient. Et conſiliario ꝗ dixerit, vel arringauerit in contrarium huius capituli, ac tẽtauerit dicere, vel arringauerit. Sit eadem pęna, & pęna centum librarum notario ꝗ ſcripſerit talem propoſitam ſiue conſilium illius, vel aliquid aliud contra dictum capitulum, q̃ peñ cõmuni Nucerij, debeat applicari, & ipſas forenſis ſcindicus debeat exequi facere cum effectu, & ad p̄dicta nouus poteſtas teneatur & debeat eidẽ ſcindico præbere auxilium & fauorem adiſtantiam & petitionẽ dicti ſcindici ad pęnam ducentarum lib. de ſuo ſalario cõmuni Nucerij, applicandarũ. Et p̄dictum capitulũ teneatur & debeat poteſtas vinculo iuramenti, ad pęnam p̄dictam legi, & vulgarizari facere, in p̄ſentia ſuorum officialium & familiarium, quolibet menſe, ſemel in conſilio generali, & eos admonere, ꝙ bene ſe gerant & legaliter, & ꝙ habeant puras manus. Item dicimus ꝙ poteſtas teneatur & debeat ſecum habere & tenere tantũ illos officiales & familiares, quo debet habere & tenere ſecundum formã ſue electionis & ſtatutorum dicti cõmunis, pro quibus omnibus & ſingulis officialibus & familiaribꝰ, teneatur & debeat ipſe poteſtas de ſuo proprio tẽpore ſui ſcindicatus reddere plenariam & integram rationem, & vltra dictum numerum aliquam perſonam, q̃ gerat aliquod officium ſecum tenere non debeat, niſi pro ea ſatis det de plena ratione reddenda tempore ſcindicatus, ꝙ ſi contrarium fieret non ſatisdaret, vt dictũ eſt, dictus poteſtas teneatur & debeat pro dicta tali perſona vna, vel pluribus tempore ſui ſcindicatus de ſuo proprio ſalario plenariam reddere rationẽ, & ſtare iudicio & ſoluere iudicatum pro omnibus & ſingulis ſupradictis, pęna poteſtati cõtrafacienti, vel aliquod p̄dictorum, quinquaginta lib. deñ. cõmuni Nucerij applicandorum, & ſub vinculo p̄ſtiti iuramenti. Nec etiam debeat ipſe poteſtas ſecũ ducere, vel tenere aliquem, ꝗ fuerit in officio, vel famulatu ipſius Ciuitatis, a ꝗnq; annis citra, nec etiam aliquem officialem, vel famulum, ꝗ ſit vicinus ciuitatis Nucerij ratione originis, vel domicilii per ſexdecim miliaria pęna poteſtati contrafacienti, centum lib. deña. cõmuni Nucurii applicañ. Et nichilominus ipſum ductum vel retentũ per ipſum poteſtatem, contra dictam formam, dictus poteſtas debeat remouere. Debeat ẽt ipſe poteſtas aduenire ad regimẽ ciuitatis p̄dicte duobus diebus ante initium tẽpore ipſius regiminis, & ſe p̄ſentare in ciuitate Nucerij, ſub pęna p̄dicta. Volumus tamen ꝙ priores ciuitatis Nucerij ꝗ erunt pro tempore teneantur & debeant p̄dicta omnia & ſingula ſignificare per litteras poteſtati futuro infra 15. dies, a die facte electionis dicti poteſtatis, pęna prioribus centum ſolidorũ pro quolibet, & totidẽ cãcellario ipſorũ, ꝗ pro tẽpore fuerit. Dicimus inſuper, ꝙ notarius priorum ꝗ pro tẽpore fuerit, teneatur, & debeat dare & ſignificare in ſcriptis eidem ſcindico, & rationatori diem aduẽtus ipſius poteſtatis pęna decẽ lib. & ſi contingeret dictum poteſtatẽ ſe abſentare, a dicta ciuitate tẽpore ſui ſcindicatus, & recuſauerit perſonaliter reddere rationẽ adminiſtrationis ſui officij, & fuerit contumax in nõ cõparendo perſonaliter corã dicto ſcindico, habeatur ꝓconfeſſo de omnibus illis, de quibus contra ipſum procederetur tam ex officio dicti ſcindicatus, q̃ ad petitionem alicuius ſpecialis perſone. Volumus & ꝙ nullus de ciuitate, vel diſtrictu Nucerij ſit vel eſſe poſſit, nec debeat eſſe expẽſor poteſtatis, nec ſua negocia gerere palã, vel abſcõſe pena 25. lib pro quolibet, & qualiber vice. Et ꝙ nullus de ciuitate vel diſtrictu Nucerij audeat cum ipſis poteſtate vel

eius officialibus cõmedere, vel bibere pena poteſtati 25. lib. deñ. pro quolibet, & qualibet vice. Et ꝙ poteſtas pdictus teneatur & debeat induere dictos beruarios de vno panno & colore, ita ꝙ ab hominibus dictæ ciuitatis Nucerij, cognoſcantur, pęna quinquaginta librarum deñ. dicto cõmuni Nucerij applicanda.

Quod Poteſtas debeat ſtare in hoſpitio tẽpore ſui ſcindicatus. Cap. IIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus poteſtas tempore aduentus eius, anteꝙ intret in officio, & etiam tẽpore quo ſtaret ad ſcindicatum, debeat hoſpitari cum ſuis officialibus familia & rebus, nec morari alibi ꝙ in hoſpitio publico, & nõ debeat ſtare dictis tẽporibus in domo alicuius perſone vel plati, niſi in hoſpitio, vt dictũ eſt ſupra: pęna cuilibet contrafacienti, centũ lib. deñ. cõmuni Nucerij applicandorum.

De Scindico q. debet ſcindicare priores & alios officiales, & ipſi⁹ arbitrio Cap. V.

ITem ſtatuimus & ordinamus, quòd priores cõmunis ciuitatis Nucerij, q. fuerint a mẽſibus Maii & Iunij, & menſibus Nouẽbris & Decẽbris, debeant cuiuslibet anni durantis ſtatuti pſentis vinculo pſtiti ſacramenti, & pęna 50. lib. pro quolibet, teneãtur & debeant cum conſilio & conſenſu quatuor ſapientũ de ciuitate, & quatuor ſapientum virorum de comitatu, vocandorum per ipſos priores, vel maioris partis ipſorum elegiſſe poteſtatem, & poteſtatem habeant eligendi tempore eorũ prioratus, vnum bonum & expertum Iudicem, e Iureperitum, q. ſit de terris ſubiectis, S. M. E. q. ſit de loco diſtanti a dicta ciuitate per ſexdecim miliaria, & non minus, dũmodo non ſit officialis exiſtens, tunc in officio in dicta ciuitate, nec ſteterit in officio in dicta ciuitate, per ſpatium quinq; annorum, a die electionis huiuſmodi, pro ſcindico q. veniat ad ſcindicandum priores cãmerarios, & omnes alios officiales dicti cõmunis tempore officii prioratus dictorũ eligentiũ, & habeat dictus ſcindicus in pdictis, & circa pdicta plenam & plenariam cognitionẽ & iuriſdictionẽ, atq; ſummariã cognitionem, ſine ſtrepitu & figura iudicii. Et teneatur idem ſcindicus in generali cõſilio, iurare ſuum officiũ bene, ac legaliter exercere. Et innocentes abſoluere, & quos culpabiles inuenerit cõdẽnare. Qui Scindicus teneatur & debeat vinculo ſacramẽti ſingulis diebus q bus ſtare debet in dicta ciuitate pro ſuo officio exercẽdo, venire ad bancum Iuris, horis cõſuetis, & ſedere continue ſm debitum modũ, & facere bandiri per totã ciuitatem Nucerij, in locis publicis, quòd quicunq; vult cõqueri de dictis officialibus, quibuſcunq; poteſtate familia, & ſuis officialibus ſupradictis dũtaxat exceptis cõpareat coram dicto Scindico recepturus iuſtitie complementum. Et pdictum huiuſmodi bãdimentũ fieri debeat tribus vicibus infra duos dies, a die aduentus dicti ſcindici cõputandos, & addi debeat in dicto bandimento, quòd ſit licitũ vnicuiq; volenti conqueri venire, & ſecum cedulã portare continentẽ, ordinare ſuam qrelam ſiue petitionem, & ſup cedulis oblatis teneaẽ dictus Sindicus diligenter inquirere, & ſi inuenerit ipſas cedulas veritatem continere, tunc procedatur ſuper ipſarũ tenore ſũmarie, ſine ſtrepitu & figura Iudicii totius iuris ſuſtantialitate & ordine ptermiſſis, nõ obſtante ſi huiuſmodi cędulæ, & petitiones vel altera ipſarũ eſſent vulgariter ſcripte vel inepte, vel male formate. Volumus inſuper quòd dictus Syndicus ãte omnia corã ſe habeat illum ad quẽ dicta cædula pertinet, & ab ipſo veritatis recipiat ſacramentum ſi eſt, ita ſicut in cedula continetur, quòd ſi affirmauerit, ſic eſſe ſuper ea, tũc procedat, vel ipſam dilaniet, Debeat inſuper dictus Syndicus, ſcindicare, non ſolum de furtis & rapinis iniuriis, violentiis, & de obmiſſis & neglectis, verum ẽt de omnib⁹ & ſingulis q̃ feciſſet & facere non debuiſſet ſm formã ſtatutorum, & ordinamentorũ ciuitatis Nucerij, tam ratione ipſorũ officii, vel alterius eorum, q̃ alia quocũq;. Et teneatur & debat idem Syndicus ipſos officiales, dum inquiritur contra ipſos citari facere ſaltim ſemel perſonaliter, vel domi eorum habitationis, & ſimiliter citari faciat quemlibet conuentum corã eo. Et pdicta omnia & ſingula teneatur dictus Syndicus obſeruare vinculo iuramenti, & ad pena 25. lib. deñ. pro qualibet vice cõmuni Nucerij

cerii applicañ. Et poteſtas q̃ pro tẽpore fuerit dictã penã exſcutere teneatur cũ effe-
ctu,et p̄dicta omnia et ſingula exequẽda nouus poteſtas teneatur et debeat dare ipſi
Syndico auxilium cõſilium etfauorem ad petitionẽ et iſtãtiã dicti Syndici , ad pęnã
ducentarũ lib. de ſuo ſalario cõmuni Nucerii applicañ. Qui Syndicus auctoritate
p̄ſentis capituli et ſtatuti,habeat plenã et liberam poteſtatẽ et iuriſdictionẽ rationã
di,et rationẽ exigendi cognoſcendi et ſñiandi per formã libellorum petitionũ et in
quiſitionũ,et omni modo et iure quibꝰ melius ſibi videbitur . Qui Scindicus debeat
ẽt cognoſcere de obmiſſis et neglettis per eos,ſeu altero ipſorum ſm̃ formã ſtatutorũ
et reformationum,et de furtis ẽt, et de male ablatis per eos:et repertos culpabiles,pu
nire et condẽnare pęna quatrupli rerũ ablatarũ,et indebite acceptarum , dicto cõi,
et ſpãbilibus perſonis,et obmiſſ. et neglet. de qua pęna triplum deueniat in cõi, reli-
quũ deueniat ad manus illius a quo acceperit,& de neglectis,&obmiſſis puniatur ſm̃
formã noſtrorũ ſtatutorũ,q̃ de ipſa materia loquuntur,predictos officiales dicti cõis,
vnũ,& plures quẽ & quos culpabiles repiet inpredictis,vel aliquo p̄dictorũ realiter
& perſonaliter ſm̃ meritũ delicti,vel delictorũ neglecti,vel neglectorũ pęna ipſi ſcin-
dico,mille lib. deñ. cõi Nuc. applicañ. Si ipſe ſindicus negligens fuerit in p̄dictis, Et
dicti priores & alii officiales p̄dicti niſi ſint iux. & rationabili cauſa detẽti,teneantur
p̄ ſe reſpõdere,& nõ per ſcindicum,ſeu procuratores ſuos,vel petẽtibus,ſeu obiciẽti
bus aliquid cõtra eos. Et ꝙ dicti officiales poſſint & debeant conueniri per dictũ ſcin
dicum grauari & conſtrigni in palatio,ſeu carcere dicti cõis,tã pro condẽnationibus
factis,ſeu fiendis de eis,ſeu altero ipſorum q̃ pro furtis & male ablatis neglectis & ob
miſſis per ipſos,vel aliquẽ ipſorũ.Etdictus ſcindicus inpremiſſis poſſit cognoſcere ſũ
marie iure ordine ſeruato,vel p̄termiſſo prout ſue diſcretioni videbitur conuenire.
Itẽ dicimus ꝙ priores cõis Nuc. & ẽt poteſtas,q̃ pro tp̄e fuerint debeant dicto ſcin-
dico fauere,& ei iux. poſſe i p̄dictis p̄bere cõſilium,auxilium,& fauorẽ,ad hoc, vt eiꝰ
ſẽtie executioni mandentur,& recipiant finẽ debitum,peñ. poteſtati , ſi negligens
fuerit inpremiſſis,ſeu aliquo p̄miſſorũ,ducentarum lib. deñ. Et ꝙ dictus ſcindicus in-
p̄dictis circha predicta,& quolibet p̄dictorum,tã in cognoſcendo q̃ in ſententiando
poſſit procedere sũmarie & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicii,non obſtañ. aliq-
bus feriis ſollẽnibus, vel repentinis introductis per formã alicuius ſtatuti vel iuris, &
teneatur et debeat ſecum ducere bonũ,expertum,& ſufficientẽ &legalẽ notarium,q̃
debeat facere ipſas ſcripturas indicto ſindicatu occurrentias,& neceſſarias.Et teneat̃
& debeat dictum ſindicum in quatuor dies,a die ſui aduentus per ſententiã abſolu-
toriam,vel condemnatoriã terminare.

De libris conſignandis per notarium poteſtatis. Cap. VI.

ITtẽ ſtatuimus & ordinamus,ꝙ poteſtas iudex,& alii officiales teneãtur, & debeãt
vinculo iuramenti,& pęna centum lib. deñ. pro quolibet aſſignare,ac reddere , in
conſilio generali,prioribus & cam̃. dicti cõis,q̃ pro tp̄e fuerint tribus diebus ante fi-
nẽ eorum officij, omnes libros & infilzas,cum inuentariis factis, vt moris eſt per eos
vel alterum ipſorũ factos durãte eorum officio,& ẽt libros ſuorũ p̄deceſſorũ,q̃ ad eo
rum manus peruenerint. Et ꝙ priores q̃ pro tp̄e erunt,vel fuerint teneant̃ & debeãt
vinculo ſacramenti & pęna q̃ndecim lib. deñ. p̄ quolibet aſſignare ip̄os libros ſcin-
dico dicti cõis conſtituendo per conſiliũ dicti cõis,contra dictos officiales inuagẽdo
& ciuiliter &criminaliter defendendo.Qui ſcindicus teneatur et debeat ipſos libros
recipere, & bene &legaliter cuſtodire,durãte dicto ſcindicatu,& ipſos oſtẽdere ſcin
dico generali, & ipſos adicto ſcindico facere reuideri,examinari, in ſpicere ipſis pri-
mo viſis inſpectis & examinatis per quatuor bonos viros ad hoc per priores dicte ci
uitatis eligendos & deputandos. Teneat̃ ẽt & debeat dictꝰ ſindicus cõis ipſos cuicũq;
petenti,&reuidere volenti oñdere & ei de eis copiã facere,vt fuerit opportunũ,ſi fue
rit requiſitus. Et finito dicto ſcindicatu teneatur &debeat dictis prioribus dicti cõis q̃

ꝑ tẽpore fuerint ipſos libros in leſos,& integros prout ab eis receperint reaſſignare, & non permittere,donec apud eum fuerint aliq̃d ĩ eis addi,vel minui quoquomodo pena decẽ lib. pro qualibet vice,qua contrafecerit impredictis, vel aliquo p̃dictorũ cõi Nucerii applicañ q̃ pro t̃pe fuerint Qui aduocatus teneatur & debeat dictos li/bros diligenter iſpicere inueſtigare videre,& examinare omnes proceſſus ſcriptos in libris p̃dictis,ſi ſunt facti & ordinati ſm̃ formã iuris,& ſtatutorũ dicti cõis, & ſicut in uenerit ita ſcindico cõis q̃ pro t̃pe fuerit ad ſcindicicand̃ poteſtatẽ & officiales ſuos diligenter & ordinate aſſignare,ac facere plenã fidẽ. Et ꝙ dictus ſindicus viſis & examinatis ſupradictis,teneatur & debeat poteſtatẽ,& alios ſuos officiales,& quemlibet ipſorum punire & condẽnare in centũ lib. pro quolibet,& qualibet vice,qua obmiſſerit procedere vel condemnare ſecundum formam ſtatutorum dicti cõis.

¶ De officio Dñorum priorum cõis Nucerii,& ipſorum arbitrio & bay. Cap. VII.

ITẽ ſtatuimus & ordinamus,ꝙ priores dicte ciuitatis q̃ erunt ꝑ t̃pe ſupra dictorũ menſium,Maii,Iunii,Nouẽbris & Decẽbris,ac ẽt t̃pe poteſtatis cuiuslibet poteſtatis,& ſuorum officialiũ & familiarium,teneãt & in generali cõſilio dicti cõis eligere ſcindicum de numero ciuium dicte ciuitatis ſufficientẽ,& expertũ ſpecialiter ad ſcindicatum faciendum,& fieri faciendum ꝑ cõi p̃dicto de omnibus & ſingulis officialibꝰ ſupra indictis duobꝰ capitulis proxime p̃cedentibꝰ,declaratis ĩ cauſa vel cauſis,q̃ vel quas dictum cõe habebit,vel habere ſperabit,cum dictis officialibus & familiaribus, vel altero eorum,tã in agendo,q̃ ẽt defendendo,necnõ adagendum & defendendũ, contra eos vel alterum eorũ ciuiliter & criminaliter,& cũ omnibꝰ & ſingulis clauſulis ad dictum ſindicatũ opportunis prout placuerit conſilio ſupradicto,& ad recipiẽdũ a dictis prioribus,dictos libros per dictos poteſtatẽ & officiales cõſignãdos,& eos cuſtodiendos & ſaluandos,& omnia & ſingula alia faciendum q̃ in dicto proxime capitulo cotinetur,et prout ſibi mandatum erit a conſilio ſupradicto. Necnõ ipſi priores poſſint ſi eis videbitur vna cum quatuor ſapientibus eligendis et nominãdis per eos t̃pe omnium ſcindicatuũ p̃dictorum nominare,& eligere q̃ndã aduocatum expertũ et peritum in iure,et ad eum conducere expenſis dicti cõis ꝑ competenti ſalario et mercede ad patrocinandum aduocandũ et allegandum in cauſis p̃dictis, contra ſingulos officiales ſuperius declaratos in proxime duobus capitulis ſupradictis quorum officiũ vʒ, aduocati et ſindici,tã diu duret q̃ diu dictis prioribꝰ videbit̃ et placebit.

De officio Dñorum priorum cõis Nuc. et ipſorum arbitrio et bay. Cap. VIII.

ITẽ ſtatuimus et ordinamus ꝙ officium dominorum priorum cõis Nucerii, ſit tale ꝙ vʒ,ipſi teneanẽ et debeant habitare et ſtare de die et vitã facere inſimul,et vnũ in palatio dicti cõis,et de ipſo palatio non diſcedere,ita ꝙ adminus tres ex eis eſſe debeant p̃ſentes in palatio dictorum dñorum priorum cõis p̃dicti in mane q̃ñ pulſatur cãpana,pro cuſtodibꝰ licentiandis ad tertium ſonum cãpane q̃ pulſat̃ de ſero poſt cuſtodiã ordinatã ad penã centum ſol pro quolibet,et qualibet vice cõi Nuce. applicãdorum,q̃ pena quotiens fuerit contrafactum per camerariũ dicti cõis,de ſalario contrafacientis, pro ipſo cõi debeat retineri peñ ipſi cam̃. centum ſol. vice qualibet qua negligens,et remiſſus fuerit ĩp̃dictis de facto,per poteſtatẽ dicte ciuitatis,et ſuos officiales,a dicto cam̃. poſt depoſitionẽ ſui officij exigeñ. Et cãcellarius q̃ pro t̃pe fuerit vinculo iuramenti,et peñ centũ ſol. deñ. applicañ. dicto cõi ĩfra tres dies, poſt depoſitionẽ officij dicti cam̃. p̃dictã,eius negligentiã poteſtati q̃ pro t̃pe fuerit notificare et in ſcriptis conſignare continentẽ diẽ, et negligentiã ſupradictã, vt idẽ poteſtas et ſui officiales executionẽ poſſint facere de p̃dictis,q̃ ſi nõ fecerint vel fieri fecerit peñ. x. lib. deñ. vice qualibet incurrat,per cam̃. dicti cõis,de ſuo ſalario retinendã, ſaluo ꝙ ſi aliquis officialis S. R. E. venerit ad dictã ciuitatẽ,quod poſſint ĩſimul ire ad eum ad viſitandũ,loquendũ,honorandũ,et obbediendũ,quotiens fuerit opportunum. Et poſſint ſimiliter eccleſias ꝑ diuinis officiis,viſitare ſemel indie,et ĩſimul in vnũ, et ẽt

cadauera

cadauera honorando aſſociare,et ꝑ omni alia cauſa neceſſaria et euidenti,et pro bono publico et euidenti vtilitate dicti cōis,dūmodo vadant coniuncti et non diuiſim Et q̃s ipſorū priorū primo habeat licentiā ſe abſentandi,ſit et remaneat in prouiſiōe aliorū priorū triū,et ſtudeant et intendant ad bonū pacificum et trāquillum ſtatum cōis ciuitatis p̄dicte,et eius deſtrictus. Iura iuriſdictiones et honores cōis p̄dicti ſeruare manutenere,et augere pro poſſe. Dare inſuper pro viribus operā efficacē,quòd libertas eccleſię ſanctę,et dicti cōis augeat̄ et conſeruet̄. Et quòd cuilibet ꝑſone ius et iuſtitia ſeruet̄,et quòd maleficia puniant̄ poteſtati et aliis officialibus dicti cōis,in p̄dictis,et pro p̄dictis dare quandocunq; opus fuerit, auxilium conſiliū et fauorē. Pecuniā auere et res alias dicti cōis,et bona diligenter facere,cuſtodiri et ſaluari,et ipſam non expēdere inutiliter,et contra formā ſtatutorū et ordinamētorum cōis Nuc. Quorū priorum officium poteſtas,et alii officiales dicti cōis debeāt honorare et manutenere pro poſſe,pro ſtatu et honore cōis p̄dicti. Et eis nō claudere hoſtia,nec claudi facere,nec clauſa tenere,nec teneri facere,ſed liberum p̄beat eis aditū et acceſſum quandocunq;,quotieſcunq;,et vbicumq; ipſi priores ad officiales ipſos accedere voluerint,pęna 50. lib. deñ. pro qualibet vice,& pro quolibet,q̃ cōtrafecerit in p̄dictis aut aliquo p̄dictorū. Teneant̄ ēt dicti priores credentias ſibi impoſitas,ſi ꝑpetuales ī perpetuū & tēporales ad tēpus ſecreta tenere ad pęnā 100. lib. pro quolibet cōtrafaciente,& qualibet vice. Inſuper nō poſſint,nec debeāt dicti priores,ꝓponere,nec reformare,nec ꝓponi,nec reformari facere,tēpore eorum officij prioratus, in aliquo capitulo conſilio arrenga,& addunantia aliq̃d quod eſſet vel redundaret ad dānum p̄iudiciū,vel diminuitionē iuris,vel iuredictionis cōis Nucerij,vel vniuerſitatis,vel baylie,aut alicuius ſpecialis perſone ciuitatis,vel diſtrictus Nuc. nec ēt poſſint ꝓponer̄ aut reformare,vel proponi,aut reformari facere,de ſuſpenſione derogatione,aut caſſatione aliquorū proceſſuū,vel condēnationum factarū,per officiales cōis p̄dicti,ſpecialiter ſub anno Dñi 1334. Indictione 2. tēpore poteſtarię, nobilis viri Cutij Berardutij de Peruſio,de menſe Martij,& generaliter: Tēpore cuiuſcunq; poteſtatis,tā p̄teriti,q̃ futuri,q per ipſum poteſtatē & eius curiā,de prodictiōe ciuitatis p̄dictę ſeu fortillitiarū,vel pacifici ſtatus ipſorū eſſet cognitum vel proceſſum,vel ſententialiter diffinitū,vel ad exbādimentū ꝓceſſum,nec aliquid aliud ꝙ poſſet ad p̄dicta reduci,pęna poteſtati,ſi conſentiret,vel proponeret in p̄dictis,vel aliquo p̄dictorū: Mille lib. deñ. & prioribus pro quolibet ipſorum 200. lib. ſi in p̄dictis,vel aliquo p̄dictorū fuerit tranſgreſſores,& ſi proponerent,vel reformarent non valeat nec teneat, & ēt condēnent̄ in reſtitutione eius,in quo propterea cōe vel ſpecialis ꝑſona cōdānaret̄ īro condānificaret. Et ꝙ cancellarius, ſiue notarius priorū,vel q̃s uis alius officialis dicti cōis non poſſit,nec debeat aliquā cōdēnationē,vel bānū latū,& latā in aliquo cāuum p̄dictorum cancellare, vel abbolere de libris condēnationū,vel aliis cartis & cartulariis dicti cōis,nec nōia condēnatorum p̄dictorum,pęna contrafacienti 100. lib. deñ. Et ꝙ factum eſſet ꝑ eum,non valeat ipſo iure,īmo p̄dicta bāna proceſſus,cartularia& condēnationes uigeant inſuoq; priſtino robore perſeuerent. Poſſint ēt priores & eorum notarius p̄cipere,& p̄cepta facere,& per nunptios,& per baiulos quos volent,cōtra q̃cumq; ꝑſonā voluerint & ſuper quocunq; negocio & facto vſq; ad quantitatem 20. ſolid. pro quolibet p̄cepto,& qualibet vice. Et dictę pęnę ab inobedientibꝰ de facto exigant̄ per pōtatem dictę ciuitatis,ad petitionē dictorū dñorum priorū,pęna dicto pōtati,ſi negligens fuerit,& nō fecerit x. lib. deñ. pro qualibet vice,habeāt ēt vnū famulū, quē ipſi voluerīt,cū ſalario 4. lib. pro quolibet menſe.& q̃ fuerit vna vice nō poſſit eſſe aliā de inde ad ſex menſes incluſiue,a tēpore finiti ſui officij, peñ prioribus eligentibus cōtra p̄dictā formā,100. ſol. pro quolibet eorū,& nichilominus dictus famulus aliter electus vel vocatus remoueat̄,& nullum ſalariū habeat a cōi. Qui famulus dñorum priorū,debeat ſēper qñ p̄ſentia dominorū priorū eſt ī palatio, vel platea cōis eſſe ibi p̄ns,& ex inde ſine ipſorū licentia nō diſcedere,& quotiens req̃reret̄ ibi

in palatio, ſiue in plateis ab ipſis dñis priorib⁹, ſiue cancellario & non reſponderet, ſol
uat nõe bãni q̃nq; ſol. q̃ pe͠nã priores faciãt ſoluere de facto, ſeu retinere de ſuo ſala
rio: poſſit ẽt dicti priores nulla contradictione obſtante pro augumẽto & honore ip-
ſorũ officii, vel cuſtodie ipſorũ perſone, ſeu cuſtodie ciuitatis Nucerij, ducere ſecum
& mictere per ciuitatẽ Nuc. vel per comitatũ ſẽper cũ eiſdẽ vid. biẽ, illos quos vo-
luerint munitos & armatos, & augere cuſtodiã ciuitatis Nuc. de expenſis aũt fiendis
de aucre & pecunia dicti cõis Nuce. dicti priores vi. tres in concordia poſſint & ha
beant auctoritatẽ, & bayliã t pe eorũ officii prioratus expendere & expendi facer͠ de
bonis dicti cõis, & eorũ deliberatione, in expenſis cõcurrentib⁹ t pe eorũ officii x. lib.
deñ. Alie vero expenſe, q̃ neceſſarię eſſent & concurrerẽt in cõmunitate Nuc. debeãt
approbari per dños priores & cõſiliũ, ſexdecim ſapiẽtum dictę ciuitatis, & approbatis
ipſis expenſis per priores, & 16. ſapientes, aut duas partes ex eis i cõcordiã cam. cõis,
q̃ pro t pe fuerit poſſit, teneat̃ & debeat ipſas expenſas, ſic deliberatas, & approbatas
facere, ac ſoluere auctoritate pñtis ſtatuti, & vt dicti priores, & eorũ notarius, & cam.
poſſit eorũ officiũ ſecurius operari. poteſtas & alii officiales non poſſit, nec debeãt alĩ
quaratione, vel cauſa inq̃rere detinere, vel carcerare, nec inq̃ſitionem facere contra
aliquẽ q̃ eſſet, vel fuiſſet prior. aut notarius priorũ, vel camerari⁹ t pe officii ipſorum
poteſtatis & aliorũ officialium cõis Nuc. Et ſi contrafieret non valeat, nec teneat, &
contrafaciens in 100. lib. debeat cõdẽnari: Si accuſari tñ ab aliquo fuerint, poſſit ſu
per accuſatione proce di, prout fuerit iuris. Dicimus ẽt q̃ nulla expenſa, ſiue apodiſſa
deliberate, & approbate, per ipſos priores 16. ſapiẽtes excedãt, nec excedere poſſint,
nec debeant ſũmã 50. lib. & nec trahi poſſit de maiori ſũma q̃ ſi contrafieret nõ va-
leat ipſo facto, & ipſo iure. Sed pro ſingulis cauſis occurrẽtib⁹, & totiens quotiẽs op⁹.
fuerit dicti dñi priores vnã cũ dicto conſilio 16. poſſit deliberare & approbare, in ſin
gulis apodiſſis fiendis per eos expenſam 50. lib. den. & ab inde i dũmodo ipſa quanti
tas non trahat̃ de maiori ſũma, nec excedat ipſam ſumã 50. lib. Et ſi exceſſiſſet ad cõ
ſiliũ 40. bonorũ hominũ reccurrat̃, & ſi expenſa p̃dicta 50. lib. vel infra fuerit p̃dita
in dicto conſilio 16. tunc recurrat̃, & recurri poſſit, ad dictũ cõſilium 40. bonorum vi
rorum. Et ſi dicta expenſa in dicto cõſilio 40. perdita fuerit. nõ poſſit amplı⁹ t pe dicti
priorat⁹ in aliquo cõſilio remicti vel deliberari. nec mõ aliquo approbari, nec de ea
proponi. Dicim⁹ inſuper q̃ p̃dicti priores, notarius, & cam. vel alterũ eorum, durante
eorum officio ciuiliter cogi cõueniri, vel grauari nõ poſſint, nec debeãt quoquomõ
ad pe͠nã p̃dictã. Et ſi choatione ſiue nouitate aliqua vel iniuria, aut detentatione cre-
dat̃, ſacramento recipientis cũ dicto quatuor teſtium de fama fidedignorũ. Et in oĩb⁹
& ſingulis q̃ dicti priores fecerint, aut facere voluerint ſint & eſſe debeãt oẽs p̃ſen tes
& in concordia, vel ſaltim tres ex eis, & nõ aliter, & q̃ c q̃ d p̃dictos priores, vel tres ex
eis in cõcordia factum, aut geſtum fuerit in his q̃ ex forma ſtatutorum, ordinamẽto
rũ, & reformationũ cõis Nuc. ad eorum ſpectaret officium, valeat & teneat & exe
cutioni mandet̃. Et habeant dicti priores, pro eorum ſalario, pro duob⁹ menſib⁹ t pe
ipſorum officii, ſex florenos, pro quolibet ipſorum t pe ipſorum officii, & durante ip-
ſorum officio. Et debeant ẽt dicti dñi priores retinere & habere vnum alium famulũ
vltra famulum p̃dictum, actum ad coq̃nãdum & alia ſeruitia eis neceſſaria et oppor-
tuña, in dicto palatio per eum fienda, ad mãdata priorũ p̃dictorum, pro cuius ſalario
& victu p̃dicti priores habeant, & habere debeant duos florenos auri, inter oẽs pro-
q̃bus duob⁹ florenis dicti priores debeant facere expenſas & ſalarium prout fuerit in
concordia cum eodẽ. Quos deñ cam. cõis poſſit & debeat eis dare, & ẽt famulis eorũ
ſine aliqua apodiſſã. Iurent aũt & promittant, ac ſatis dent dicti priores in cõſilio ge
nerali de ipſorum officio, bene & legaliter exercere, sñ formã ſtatutorum ordinamẽ
torum & reformationum cõis Nuce. prout notario de hoc rogato placuerit ſtipulat̃
Statuimus ẽt q̃ dicti priores habeant & habere debeãt & intelligant̃ habere arbitriũ
baliã & liberã poteſtatẽ & auctoritatẽ pro cuſtodia & ſuper cuſtodia prouidenda ſta

tuenda

tuenda ordinanda & ēt reformāda in ciuitate Nuce.ſicut eis videbitur & placebit: Nec
poſſint dare & concedere aliq̄ exēptionē,vel imunitatem alicui bay. vel vniuerſitati di
ſtrictus Nuce.vel alicui alii parte ſpeciali ciuitatis,vel diſtrictus Nuce.nec alicui forenſi
Itē ꝙ dicti priores habeāt & habere debeant arbitriū & bailiā ſuper abbundantia bladi
& aliorū victualiū habenda & fienda in ciuitate Nuce. Itē ꝙ dicti priores poſſint, & eis
liceat quandocunq; eis placuerit mittere numptios exploraturos cum licteris, ſiue ſi-
ne licteris pro inueſtigatione nouitatuum,& tam ipſis nunptiis,& ſpiis quos ipſi priores
mitterent. Et tā nuptiis celatis & non celatis,q̄ nuptiis q mitterenť cōi Nuce. aut ipſis
prioribꝰ cū litteris,vel ſine litteris ſolui,ſatisfieri & ꝓuideri facere,de pecunia cōis nuc.
prout eis placuerit. Et habeāt dicti priores poteſtatē congregandi cōſilia in eorū domo
q̄ habitabunt,& vbi eis videbiť. Et quando in p̄ſentia, ſiue in abſentia pōtatis,& aliorū
officialiū,Et in eiſdē proponendi & reformādi,& ordinādi,omne quod eis melius vide
biť pro cōe. Itē volumus ad tollendā ſuſpitionē, ꝙ dicti priores debeant tenere & habe
re vnā de clauibus ſeraturarū cuiuslibet porte,ſine qua aperiri non poſſint. Et cam̄.cōis
non poſſit,nec debeat ſine apodiſſa dictorū priorū,ſiue ſine reformatione dicti conſilii,
16. ſapientū quando fuerit neceſſariū alicui ſoluere,nec expendere de pecunia, & aueť
dicti cōis. Et ſi aliter,vel alio modo expenderet,ſiue ſolueret de ſuo proprio reſarcire te
neať cōi p̄dicto,niſi conceſſum fuerit,ſibi per formā alicuius capituli ſtatuti,nō obſtāte
libertate data eidē Cam̄. per capitulū quod loquiť de ipſius officio. Et p̄ dicta poteſtas,
iudex,& vicarius teneať obſeruare,& obſeruari facere viculo iuramēti,& pen̄ centū lib.
den̄ de ſuo ſalario,& hoc cap. ſit p̄ęciſum & īmutabile aliquo mō alio cap.non obſtāte.
Et omne,& q̄cquid ordinatū & reformatū fuerit p dictos priores & ſexdecim ordine ſu
pradicto,valeat,& teneat, pleno iure ſm̄ ordinē ſupradictū. Et pōtas & alij officiales di-
cti cōis teneať obſeruare,& obſeruari facere,& executioni mādare,& mādari facere,ad
penā p̄dicti. Itē ꝙ nullus prior poſſit,& ēt ipſorū not. non debeat cōmedere in Roccha
nec alibi,cū pōtate nouo,nec veteri,vel eorū officialibꝰ pen̄. poteſtati & cuilibet priori
& eorū notꝰ q̄nquaginta lib. den̄. pro quolibet,& ſub pena p̄ſtiti iuramenti,& hoc inq-
rať p ſcindicū tpe ſcindicatus ipſorū. Itē ꝙ dicti priores teneāť & debeant penes ſe ha-
bere ſigillum cōis & nemini dare pen̄. centum librarum den̄. pro quolibet ipſorum.

Quomodo,& qualiter reficianť ſacculi priorum & aliorum officialium Cap. IX.

ITē ad euitandū contentionē & oppiniones diuerſas q̄ continue occurrunt in talibus,
& occurrere conſueuerunt,ſtatuimus & ordinamus,ꝙ priores,q erunt vltimis duobꝰ
menſibꝰ p̄ſentis ſacculi teneanť & debeant vinculo iuramenti,& pen̄ 25.lib.den̄ pro quo
libet eorū,infra octos dies,a die introitus eorū officij congregare & congregari facere,
generale conſiliū 40. bonorū virorum & 16. ſapientum,& in ipſo conſilio proponere,&
ꝓpoſitā facere q̄d videť & placet ipſi conſilio,& conſiliariis ipſius conſilij prouidere,ſta
tiare,& delibberare,& reformare,& ordinare,& de ſuper refectione nouorū ſaccolorū
officij prioratus,Camerariatus,& ſexdecim ſapientū,& aliorum officialiū ciuitatis cōis
Nuc. p̄dicti in ſacculorū in ipſis ſacculis,& de modo & ordine ſeruandis in p̄dictis,& cir
cha ea,& emergentibꝰ ab eiſdē & q̄cquid in dicto conſilio delibberatū,& ordinatū fue-
rit de p̄dictis,& ſuper p̄dictis,& oprent. p maiorē partē ipſius conſilij valeat & teneat,&
executioni mādeť,p ipſos priores,& alios officiales dicti cōis aūcte p̄ntis capituli, quod
capitulū eſſe volumꝰ & mādamus īmutabile,& p̄ciſum,& de ſuſpitione,vel derogatione
ipſius non poſſit,pen̄ ꝓponenti,conſulenti,& ſcribēti,centū lib.den̄ cōis Nuc. applican̄.

Quod nullus ob ponat,vel contradicat ſacculum officialium. Cap. X.

ITē pro bono pacifico,& tranq̄llio ſtatu ciuitatis Nuc. & pro conſeruatione,& manu-
tentione ipſius pacifici ſtatus dictę ciuitatis Nuc. ſtatuimus & ordinamus,ꝙ nulla per
ſona ciuitatis,vel diſtrictus Nuc. vel aliunde cuiuſcunq; conditionis ſtatus,vel dignita-
tis exiſtant publice,vel occulte,directe,vel indirecte, dicat, apponat, vel contradicat,
contra ſacculos officialiū dictę ciuitatis,& cōis Nuc. factos,& fiendos per cōe Nuc. vel
officiales ipſius cōis Nuc. vel con̄. ipſos inſacculatos,in & pro quocunq; officio quo mi/

nus dicti ſacculi facti,& fiendi durent pro eo tẽpore quo facti ſunt,vel fuerint , & nullus
officialis cõis Nuc. vel q̧ p̃eſſet in ipſo officio cõis Nuc. vel alia quacunq; prima audeat
vel p̄ſumat tacite,vel expreſſe,ꝓponere,ſcribere conſulere dicere,vel arringare in con
ſilio,vel alibi,vel proponi,conſuli,ſcribi,vel arringari promittere aliq̧d,quod eſſet, vel
eſſe poſſet,contra ipſos ſacculos,& inſacculatos,& ĩmiſſos in ipſis ſacculis,in & pro q̧bꝰ
cunq; officiis dictæ ciuitatis Nuc. vel ꝙ ipſi ſacculi durante tẽpore quo facti ſunt,vel fue
rint,vel ĩfra ipſum tẽpus caſſentur ſuſpendant̃,reuideant̃,corrigant̃,vel mutent̃,vel alio
modo,vel aliter quouis colore q̃ſito procedat̃ ad electionẽ ipſorũ officialium,ſiue ordi-
nationẽ p̃dictorũ ſaccolorũ,& ipſorum officialium,pęna cuilibet contra facienti, & pro
qualibet vice 50 lib. dena. q̃ ſibi per poteſtatẽ,vel alium q̧ p̃eſſet in dicta ciuitate Nuc.
pro dicto cõi de facto auferat̃,ſine aliquo proceſſu,vel ſñtia,& ſufficiat probatio vniꝰ te-
ſtis de veritate,& duorũ teſtium de fama,q̃ probatio habeat̃ pro vera,&legitima proba
tione,&nichil incõtrariũ poſſit obici vel opponi.Et poteſtas vel alius officialis cõmunis
Nuc. ſi fuerit negligens in p̃dictis,ad eã pęnã puniatur per ſcindicum tp̧e ſui ſcindicatꝰ.

Qualiter & quando trahantur priores & fiat electio priorum & aliorum offi
cialium loco defuntorum & abſentium. Cap. XI.

ITẽ ſtatuimus & ordinamus, ꝙ priores,& alii officiales dicti cõis de ſacculis, vbi in ſac
culis ſunt,ſẽper in conſilio generali trahant̃,& trahi debeant octo diebꝰ ante initium
ſui officii. Et ſi contĩgat aliquo tp̧e qñ priores & alios officiales cõis Nuc. extrahent̃, &
publicabunt̃ de dictis ſacculis,ꝙ aliq̧s ipſorũ eſſet mortuus, vel abſens, vel longĩqus a ci
uitate p̃dict. adeo ꝙ inipſo officio intereſſe non poſſit,vel ipſum officium comode exer-
cere non poſſet,tunc & eo caſu priores,q̧ erunt pro tẽpore dictę extractionis,& publica
tionis,vna cum quatuor bonis hominibꝰ vʒ. duobus de ciuitate,& duobꝰ de comitatu,
q̧ ſunt electi ad confirmationẽ poĩtarũ ea die extractionis,vel ſequenti proxime eligant
& eligere teneantur,& debeant ſub pęna cen. lib.deñ.pro quolibet eorum,alium officia
lẽ loco mortui,vel abſentis,& de loco .ſ. vel ciuitate,vel comitatu,vnde eſſet ille officia
lis mortuus,vel abſens.Quę electio fiat & fieri debeat per dictos priores,& bonos homi
nes in concordiã,vel per duas partes ipſorum,infra terminum p̄libatum ad ſcrutinium
miſſo partito ad buſſulas & pallactas,q̧ priores ſic extracti debeant ſe corã prioribꝰ ve-
teribus p̃ſentare vna die ante introitũ ſui officii prioratus,&ſe de negociis &factis dicti
cõis & cãibus ſuper q̧bus hñt intendere,& vacare a dictis prioribꝰ veteribus in formari
& ipſam informationẽ &memoriã de p̃dictis mañ cãcellarii cõis recipere in ſcriptis.Pri
ma die vero introitus dñorum nouorũ priorum,tã priores veteri,q̃ noui debeant ſe cõ-
uenire in vnum ſummo mane in palatio cõis reſidentie ſolite dictorũ dominorũ priorũ
& ibi vocari facere,& req̧ri con ciues quos voluerint & in eo numero,& cum eis conuo
catis teneantur & debeant ſimul maiorẽ eccle. dictę ciuitatis Nuc. viſitare,& in capella
beati Rainaldi legi facere miſſam,& ad ipſam ſtare continuo a principio vſq; ad finẽ di
ctę miſſe,de inde reuerti ad palatium ſupradictum,& ibi iurare teneant̃ & debeant, dic
ti noui priores,eorum officium exercere,& omnia & ſingula alia facere,sm̃ diſpoſitionẽ
& ordinem ſtatuti, de hac materia loquentis,peñ cuilibet contrafacienti,& qualibet vi
ce,centum ſol. dena. cõi Nuce. applicandorum.

De ordine ſeruãdo p̧ officiales cum vadunt ad aliquod feſtũ cauſa cuſtodie. Cap. XII

ITẽ ſtatuimus & ordinamus,ꝙ ſi aliq̧s officialis cõis Nuce. vel nõt dñi poteſtatis iret
refecerit dictas expenſas nullatenus audiat̄. Item dicimus ꝙ ſi aliq s noſter ciuis petierit
ſibi aliq d dari ab aliquo foren̄. Poteſtas, Iudex vel vicarius teneatur, & debeat talem fo
renſem cōſtringere realiter, & perſonaliter ad petitionem creditoris, donec eidem cre
ditori idoneū dederit fideiuſſorem de reſpondendo de iure in curia Nuce. & de iudicio
ſiſti, & iudicato ſoluendo. Si aūt in ciuitate Nuc. vel eius deſtrictu inuenirent̄ aliqua bo
na mobilia alicuiųs forenſis, & per noſtrum ciuem, vel deſtrictualē fuerit iuratū dictum
talem forenſem eſſe eius debitorem. & non poſſidere īmobilia in ciuitate, vel deſtrictu
Nuce. valentia quantitatem petitā, & ſolutum fuerit ſalarium pro dicto debito ad ratio
nem ſex den̄ per librā, q iudex pdictus teneat̄ ipſas res pdictas, & bona mobilia talis fo-
renſis ſeqſtrare, pęnes idoneā perſonā, & habeat̄ dicta talis ſeqſtratio pro legitima tenu
ta, ex primo decreto. Si vero dictus forenſis non inueniat̄, nec eius bona in ciuitate, vel
deſtrictu Nuce. tunc citetur ad tubā, ad inſtantiā dicti creditoris ſub logia palatij noui
dicti cōis, & Iudice pro tribunali ſedente ad ſolitum banchū iuris, in qua citatione aſſi-
gnetur terminum trium dierum, ad comparendm, & habeatur pro legitima citatione,
ac ſi citatus foret perſonaliter ad prædicta.

De terminis dandis ad reſpondendum libellum. Cap. 4.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ in ciuilib⁹ cauſis det̄, & aſſignet̄ terminus reo, per iu-
dicem cōis, ad reſpondendū libello per actorem porrecto in ſcriptis iudici, & reo ex-
pen̄ actoris ſex dierū, tm̄ non cōputando in hoc termino, neq; in aliis dandis, tā per offi
ciales, q per bay. in corū citationib⁹, in qſtionib⁹ diem in quo dat̄ terminus per dictum
iudicem

iudicem,niſi baiulus citauerit aliquem,q citari poſſit ea die,pro ea die,qua citarent nõ
habeant locũ quòd ſuperius dicit Et ſi reus non cõparuerit ad reſpondendũ libello,ſiue
petitioni,ſiue ad opponendum ꝙ iterato citetur,ꝙ veniat ad lit. conteſtañ· & ſi reus nõ
venerit mictit actor in tenutá,& poſſeſſ. bonorum debitoris ꝓ meſura debiti declarati,
vel rei petite sm̃ formã ſuperius declaratã. Et ſi actor non cõparuerit in termino ſupra-
dicto condapnet reo per iudicẽ,ſi per eum fuerit poſtulatũ in expenſ. quas fecerit, vel ſu
ſtinuerit ipſe reus de qbus expenſis ſtetur,& credat ſacramento dicti rei, vſq; inquanti-
tatẽ 20. ſol. & ab inde ſupra probet legitime. Et ſi dictus terminus caderet in diẽ feria-
tã ſequenti die non feriata citati p̃dicti debeant cõparere proceſſeri ſuper dicto libello,
& in aliis q̃ natura cauſe exigit. Et idẽ dicimus in quolibet alio termino dato,q caderet
in diẽ feriatã,vel dando ꝑ dictũ iudicẽ,vel bay. vel p̃conẽ dicti cõis in ciuilibus cauſis.
In criminalibus aũt ſi terminus caderet in diẽ feriatã ad honorẽ Dei introductã,ꝙ tunc
ſequens dies non feriata pro dicto termino habeat,& admictat, & libellus poſſit inter-
pretari declarari,& emendari addi,& minui vſq; ad litis conteſtationẽ iure cõi,vel mu-
nicipali non obſtante ſine refectione expenſarũ ſi ante exceptionẽ rei per actorẽ dict⁹
libellus fuerit emendatus,interpretatus,declaratus additum,vel diminutum.

Qualiter agatur contra bonorum poſſeſſiones. Cap. 5.

ITẽ ſtatuimus ꝙ quãdo aliqs creditor ageret,ſeu peteret ab abaliquo ſuo debitore, &
de bonis ipſi⁹ debitoris, pęnes ipſum debitorẽ,vel eius hęredes,& ſucceſſores nihil in
ueniret,nec ipſe principalis debitor reperiretur in ciuitate Nuce. vel eius deſtrictu,ꝙ fa
cta relatione per baiulũ, cui cõmiſſum fuerit de dando tenutã,ꝙ de bonis dicti debito-
ris,pęnes ipſum debitorẽ,vel ſucceſſores ſuos,vel vacantia non reperirẽtur,nec inueni-
rentur,tunc iudex dicti cõis pronunptiet ad petitionẽ dicti creditoris eſſe procedendũ
contra bonorum poſſeſſores,vel detemptores,& regreſſum habere contra ipſos, & bo-
na prædicta,& eodem modo procedat , vel procederet cõtra principalem debitorẽ,vt
ſuperius dictum eſt ad petitionem executoris p̃dicti,aut ſecundum quod contrahetur,
& declaratur capitulis ſupra & infraſcriptis.

Qualiter ſoluantur ſalaria in Ciuilibus cauſis. Cap. 6.

ITẽ ſtatuimus ꝙ Cancellarius cõis Nuce. teneatur & debeat infra .x. dies intrante mẽ
ſe Martij proximè venturi, facere vnum baſtardũ de 100. cartis bõbicinis regalibus
bene copertum de cartis pecudinis & bene ligatum,& in principio ipſius baſtardi facet
titulum, cum annis dñi tꝑe pontificis,& ibi dicere, hic eſt quaternulus , in quo ſcripta
ſunt ſalaria ſoluta,pro cõi Nuce. per homines,& perſonas infraſcriptas inciuilib⁹ cauſis.
Et hoc facto dictus Cancellarius,pęna 40. ſol. aſſignet,& det iudici cõis Nuce. ad hoc
vt ipſe iudex poſſit teneatur,& debeat in eo ſcribere oĩa,& ſingula ſalaria,q̃ ſoluerentur
in ciuilib⁹ cauſis.Et ſic ſub ſequenter vnus qſq; iudex in principio ſui officii faciat ſimilẽ
titulum,vt dictũ eſt,Et ſcribat ipſa ſalaria q̃ ſuo tꝑe ſoluent.Et huius ſcripturis detur,&
adibeat plena fides,ac ſi facte eſſent manu publici notarii. Et sẽper dict⁹ baſtardus poſt
receſſum iudicis a bancho ſit,& eſſe debeat,ac remaneat, pęnes cancellariũ dicti cõis.
Et cum idẽ iudex venerit ad bancũ iuris ad ius redendũ anteq̃ pronunciet aliquã ſentẽ
tiã,vel interlocutoriã de qb⁹ ſalarium ſolui deberet ſcribere debeat in dicto quaterno
ſic talis ſoluat pro tali debito contra talẽ tãtũ,& ipſium ſalariũ ſolui faciat notario ciui-
lium rogato de tali proceſſu. Et notarii q erunt pro tꝑe ad ciuiles cauſas ad banchũ iu-
ris,non debeãt ſcribere executiones pronuntiationes & sñtias, nec litis conteſtationes,
donec dictum ſalarium eis ſolut. fuerit. Et notarius q ſcripſerit talẽ sñtiam,ſeu pronun
pciationẽ vel litis cõteſtationẽ nõ ſibi primo ſoluto ſalario,& ſcripto vt dictũ eſt,ſoluat
cõi nomine banni pro quolibet & qualibet vice, x. lib. deñ. Et totidẽ dictus Iudex qui
contrafecerit in p̃dictis,vel aliquo p̃dictorũ. Volumus ꝙ ſi dictũ debit. erit pro cõi nul-
lum ſalarium perſoluat. Et ſalaria debeãt ſolui hoc modo vꝫ.in qualibet conteſtatione
litis,pro qualibet libra ſex deñ. vꝫ. tres denarios a qualibet parte . Et ſi reus eſſet abſens
ſoluat actor ſex deñ pro libra qualibet in quacunq, executione inſtru. p̃cepti laudi , vel
sñiarum,vel pro qualibet alia executione ſolui debeãt ſex denarios per librã , & idẽ di-

cimus qñ aliqꝫ creditor debitorē ſuum allegauerit ſuſpectum,& inquolibet caſuū p̄dic-
torum. Volumus ꝙ a 20. ſol. infra non ſoluat ſalarium. De hiis vero q̄ per inſtrum̃. vel
p̄cept. mandabunt̄ executioni de q̇bus ſalarium iā ſolutum ſit,& īpendenti remanſerit
dictus iudex,teneat̄ ſine aliquo alio ſalario executioni mandare. Et ꝙ notarius cauſarū
ciuilium ſēper infine 2. menſinm,finito eorum officio teneant̄,& debeat de oīb⁹ &ſingu
lis ſupradictis ſalariis facere priorib⁹ plenā fidē,& integrā ſatisfactionē aſſignationē, &
reſtitutionem ſalariorū faciant a cam̃ dicti cōis,pro ipſo cōi recipienti infra 5. dies, fi-
nitis dictis 2. menſib⁹ cōputandos, ad pęnā quarti pluris eius,ꝙ receperint de dictis ſa-
lariis.Quod quartū anteq̄ diſcedant de palatio ſolnant de facto,&ſummarie dict. Cam̃
&ipſa cam̃ teneatur,& debeat tā ipſa ſalaria,q̄ dictum quartū ſcribi facere in introitib⁹
ſuis,& dicti cōis pęna x. lib. deñ. cōi Nuce. applicañ. Excipimus mulieres,&alias per-
ſonas earū nōie petentes dotes reſtitui,& earū heredes,& ſucceſſores, fratres diuiſiōem
eorum bonorum cōium petentes,ac ēt petentes micti ſe in poſſeſſ. alicuius hęreditatis,
ex teſt. vel ab inteſtato,&ēt reuocari tenutā,ſiue tenutas datas,ꝙ tales p̄dicti poſſint re
petere ſiue petē̃ & abſq; ſalario aliquo fiat executio.Et illud idem intelligatur,& obſer
uet̄ in mulierib⁹ habentibus iuſtam cauſam repetitionis datorum conſtante matrimoñ.

De Scripturis fiendis per Notarium ciuilium,& eorum ſalario. Cap. 7.

ITē ſtatuimus,ꝙ Notarius ciuiliū cauſarum eligatur hoc modo v3.ꝙ oīa nomina no-
tariorum ciuitatis,& deſtrictus Nuce. fidelium ſanctę matris Eccleſię, ſcriptornm in
matricula eorū collegii ponant̄,& īmictant̄ ī quadā piſſide ī cedulis. Et poſtea ſm̃ quod
expedierit trahat̄ ad duos de piſſide,& illi duo q̇ fuerīt primitus extracti ſint notarii pri
mis duob⁹ menſib⁹. Et teneantur,& debeāt pro dictis duob⁹ menſib⁹ ſinguli ſic extracti
ad ſolitū banchum iuris dicti cōis publice,& ſollicite eorum officium exercere,& venir̃,
& ſtare ad banchum p̄dictum,tā diu,q̄ diu Iudex ſederit pro tribunali ad ipſum banchū
ſtatim pulſata cāpana pro iure reddendo ad banchum p̄dictum,pena x. ſol. deñ. ꝓ quo
libet,& qualibet vice,& ſi noluerīt per ſe dictū eorum officium exercere poſſint alii no-
tario idoneo de matricula ſupradicta cōmictere,& mandare officium p̄dictū. Et geſta
ꝓ eos valeant,& robur habeant,ac ſi facta eſſent per dictos pricipales extractos de piſſi
de ſupradicta. Et p̄dicta locum habeant,& robur in p̄teritis pn̄tibus,& futuris. Et dicta
buſſula debeat eſſe ſigillata ſigillo cōis Nuce. & manere debeat,pęnes cam̃. dicti cōis.
Itē ꝙ dicti notarii cauſarum ciuilium teneant̄. & debeāt ſcribere extenſe oēs,& ſingulas
ſcripturas de q̇b⁹ rogati fuiſſent, & q̄ eis darentur addictū banchum iuris toto tp̄e ipſo
rum officii. Volumus inſuper,ꝙ Iudex poteſtatis,q̇ pro tp̄e fuerit in primo mēſe ſui offi
cii ,& per totum ipſum menſem v3. de menſe Ianuarii,& Iulii,teneantur,& debeāt oēs
& ſingulos notarios,q̇ fuerint in dicto officio pro ſex mēſib⁹,tunc proxime p̄teritis ſcin
dicare,& rationare,& ipſorum notariorum,& cuiuslibet ipſorum libros & ſcripturas,ſi
ſunt extenſe ſcriptæ ad quaternum per ipſos notarios,nec ne,& audire cōq̄rentes de eis
aut aliquo ipſorū,& repertos culpabiles punirent & condepnare,pęna x. ſol. pro quoli-
bet acto non extenſo ita,& taliter ꝙ indictum primū menſem ſui officii dictos notarios,
& q̄mlibet ipſorum debeat.& teneat̄ punire,& cōdepnare,vel abſoluere. Et ad ſcriben
dum oīa,& ſingula acta,& ſcripturas in dicto ſcindicatu occurrētes ſit,& eſſe debeat no
tarius rogatus cācellarius,vel notarius cam̃ dicti cōis,vel alter ipſorum prout placuerit
D. Priorib⁹ q̇ pro tp̄e fuerint,& habeat dictus ſcindicus,& dictus notarius,q̇ erit cū eo
ad ſcribendum p̄dicta illud ſalarium,ꝙ deliberatum fuerit per D. Priores,& cōciliū 16.
ſapientum,q̇ pro tp̄e fuerint. Et ſi dictus iudex ſindicus fuerit negligens tardus, vel re-
miſſus in p̄dictis,aut aliquo p̄dictorum ſoluat dicto cōi pro qualibet vice nōine pęne 25
lib den. tp̄e ſui ſcindicatus.Qui notarii faciant ſibi ſolui pro eorum ſalario,& mercede
ſiue labore,hoc modo pro qualibet citatione p̄ſentatione,& incuſatione cōtumacie 12.
deñ. Itē pro qualibet petitione ſi fuerit libellus in ſcriptis,& pro ipſius productione, &
termini datione ſuper ipſos libellos 3. ſol. Itē pro ſimplici petione,& termino dato ſuꝑ
ipſa petitione 12. den. Itē pro iuramento p̄ſtito ſuper ipſa petitione 12. den. Itē pro li-
tis cōteſtatione,& iuramento calūpnie,& termino dato ad probādum 4. ſol.v3. a qua-
libet

libet parte 2. ſol. Itē pro rogitu procurationis 12. den. Itē pro productione cuiuslibet iſtius. Pro regiſtratione in actis 4. ſol. Itē pro termino dato ad accipiendum copiā ipſorum inſtrumentorum quot cunq; ſint ipſa inſtrumēta 6. den. Pro copia iſti. mandati 2. ſol. pro copia teſtamenti, vel codicillorum, vel iſtrumenti dotalis, vel ēptionis, vel laudi donationis, ſeu ceſſionis iuris, vel tranſactionis, vel coptumi, ſeu locationis 5. ſol. pro qualibet copia pdictorum, ſi fuerit particula teſtamenti, vel īſtrumenti quietationis, vel pacis ſeu præcepti, vel ſequeſtratione, vel proteſtationis, & hiis ſimilium 2. ſol. pro quolibet. Item pro qualibet ſentētia intorlocutoria 2. ſol. Item pro qualibet concluſione cauſæ 12. den. Item pro qualibet ſententia difinitiua 5. ſol. Item pro qualibet appellatione porrecta in ſcriptis. 5. ſol. Et pro qualibet appellatione viua voce facta 3. ſol. Et pro quolibet rogitu tutele, & inuentarii, & emancipationis 5. ſol. Pro quolibet rogitu curę, & actorię 2. ſol. Pro qualibet legitimatione perſonarum a qualibet parte 6. den. Pro qualibet ſeqſtratione 30. den. Pro qualibet proteſtatione 12. den. Pro qualibet exceptiōe replicatione articulo, ſeu poſitione 6. den. Pro reſponſione cuiuslibet petitionis 3. den. pro iuramento citatione, & cōparitione cuiuslibet teſtis 6. den. pro dicto eius ſuper petitione, ſeu ſuper quolibet articulo recepto, & depoſito 6. den. pro publicatione teſtiū, & proceſſus 12. den. a qualibet parte. Et hoc de primis, de ſecundis vero ſcripturis duplum, & ſi qs contra fecerit ſoluat cōi nomine bāni pro quolibet, & qualibet vice x. lib. den. Et quod pōtas, & ſui officiales teneant pdicta facere obſeruari, pęna pōti, & Iudici 25. lib. pro quolibet. & teneant ipſi notarii ſoluere cam cōis Nuc. pro ipſo cōi recipienti pro quolibet menſe x. ſol. inter ambos exceptis Menſibus Iulii, & Auguſti, pro quibus nihil ſoluere teneantur. Et pdicta Poteſtas, & alii officiales obſeruare, & obſeruari facere teneantur vinculo iuramenti. Et pęna x lib. pro quolibet.

Quod Notarii non rogent de contractibus priuatorum, niſi de vltimis voluntatibus defunctorum. Cap. 8.

STatuimus, & ordinamus quod nulla perſona de ciuitate, uel diſtrictu Nuc. audeat, vel pſumant aliquē clericum ſecularē, vel religioni aſtrictum gerentē ſe pro notario rogare de aliquo negotio, de quo voluerit quod appareat publicum īſtrumētū, nec de aliqua alia ſcriptura, vel negocio gerendo inter priuatas perſonas, ſub titulo rogationis. Cum ex forma conſtitutionū ſinodalium, ſit eis hoc officium pub. interdictum, cū ea quæ diuini iuris ſunt humanis actionib9 ſe non debeant alligari. Et quod ex dictis noſtris ciuibus, & diſtrictualib9 dicto noſtro cōi cōtrafecerit in pdictis, vel aliquo pdictorū condemnet cōi Nuc. & ſoluere teneat cam dicti cōis nomine, pęne pro qualibet rogatione pdicta 25 lib. den. Et nihilominus rogationib9 ſupra dictis, & inſtrumētis de eis ſubſcriptis per manus clericorum, & religioſorum pdictorum nulla adhibeat fides ſed ex nunc pro nullis, & irritis, & inefficacib9 habeant adeo quod ex eis nulla reſultet actio. Et non intelligat in vltimis voluntatib9 defunctorum. Et quilibet poſſit denunptiare, & accūsare cōtrafacientes & habeat quartā partē banni, & nomen eius teneatur ſecretum. non eſta bibenda fide inſtrumenti celebrati per Clericos

Quòd Iudex teneat obſeruare oīa capitula ſtatutorū, & venire ad bāchū Cap. 9.

ITē ſtatuimus, & ordinam9 quod quicunq; fuerit Iudex cōis Nuc. teneat, & debeat iurare ad ſancta dei euāgelia tacto libro obſeruare, & obſeruari facere oīa ſtatuta cōis Nuc. dūtaxat approbata per rectorē ducat. vel ei9 mādato toto poſſe, & oēs lites, & qſtiones corā eo expoſitas ad eius officium pertinentes intelligere, & ſuper hiis ſuper quibus lix conteſtata fuerit, & ſacramentum calupnie pſtitū corā eo procedere, & ipſas lites, & qſtiōes terminare, & difinire bona fide ſine fraude, infra tres menſes vtiles detractis feriatis diebus, niſi procederet de partium voluntate, remoto hodio, amore timore ptio, vel pcib9 ad pęnā x. lib. pro qualibet vice. Itē teneat dictus iudex terminare, & difinire oēs lites, q remanſerint in pendenti a trib9 ānis citra ſi fuerit ab aliqua partium poſtulatū. Et ſi aliqua qſtio cognoſceret per iudicē cuiuſcunq; qtitatis, ſeu valoris exiſtat, q qſtio fieret corā iudice pdicto, quod ipſe Iudex nulli partium poſſit, nec debeat cōſulere, nec ſuper aliqua cauſa, vel qſtione qimpoſterum ſperaret ventillari poſſe corā eo, pęna dicto iudici cōtra facienti 25. lib. den. Itē teneatur, & debeat quolibet die exceptis dieb9 feriatis, & eo tpe

quo ſtaret in cõſilio, ſeu qñ vacaret occaſione rei publicę ſedere, & ſtare ad banchum iuris de mane vſq; ad tertiã, & poſt nonã vſq; ad veſperum. Et teneatur, & debeat ipſe iudex indicere ferias in ciuilib⁹ cauſis qñcunq; ſibi fuerit in iunctum perpriores dicti cõis, & ſẽper veniat ad ius reddendum ad ſonum cãpane exceptis dieb⁹ veneris in ꝗb⁹ in ciuilib⁹ cauſis ius reddere minime teneatur. Et ſi non obſeruauerit p̄dicta dictus iudex ꝓ quolibet die, in 20. ſol. cõdemnet̃. Et cam̃ cõis ꝗ pro tꝑe fuerit de ſalario eiuſdẽ iudicis teneatur reſeruare dictos 20. ſol. quotiens dicto cam̃ fuerit nunptiatũ, ſiue iniunctum. Dicimus tñ ꝙ in dieb⁹ quadrageſimæ nõ teneatur ipſe iudex venire ad banchum iuris, niſi ſemel v3. circa horam veſpertinam, & deſero ſedere vſq; ad occaſum ſolis.

¶ Quòd Iudex nõpoſſit dare licentiã ingredi tenutã cõtra infraſcriptã formã Cap. 10.

ITẽ ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua perſona fuerit in poſſeſſione pacifica alicuius rei per annum, vel plus iuſto titulo, vel ſine titulo, & aliꝗs vellet p̄tendere ius habere ĩ dicta re aliquo titulo, vel cauſa, debeat partẽ poſſidentem citari facere legitime, corã iude cõis Nuce. ad contradicendũ cõtra illũ, ꝗcquid vult, ꝗ vult de nouo ingredi poſſeſſ. ꝙ ſi nõ fecerit cadat a iure ſuo aũctate pñtis capitoli, & Iudex, vel ꝗ vis alius officialis, ꝗ contra p̄dictã formã daret licentiã, vel permitteret puniat̃ in qualibet vice, in 50. lib. den. & licentia data nõ teneat ipſo facto. Saluo ꝙ ſi aliꝗs diceret ſe hęredẽ alicuius defuncti, & petierit ſe ĩmicti in poſſ. bonorũ q̄ poſſidebant̃ per talẽ defunctũ tꝑe eius mortis faciat citari poſſeſſores, & detentores bonorũ p̄dictorum legitime. Et ſi p̄dicti bonorum poſſeſſores, vel detẽtores p̄dicti cõparuerint vnus, vel plures, in termino dictę citationis, & dixerint ſe dicta bona poſſidere, & ſe velle defendere, tunc dicta cauſa iure ordinario cognoſcat̃, ſi aũt nõ cõparuerint, & contumaces fuerint dictus iudex debeat talẽ hęredẽ, vel dicentẽ ſe hęredẽ dicti defuncti mitti facere in poſſ. bonorũ hęreditatis dicti defuncti, primo habita plena fide per teſtam̃. pub. nõ abolitũ, nec cancellatum, vel per probationẽ teſtium, ꝙ talis petens ſit proximior, vel ad eum ſpectet ſucceſſio dictę hęreditatis dicti defuncti, & nihilominus in dicta pronunptiatione reſeruet iura cuiuſcunq; poſſidentis, & potiora iura hñtis, vel p̄tendentis, ꝙ ſi non reſeruauerit nihilominus, talis pronuntiatio nõ p̄iudicet tali poſſidenti, vel p̄tendenti ius in bonis, & reb⁹ hęreditatis huius.

De preceptis fiendis reo in iudicio confinenti. Cap. 11.

preceptis fiendis

ITẽ ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua perſona confeſſa fuerit aliquod debitũ, vel aliꝗd aliud alicui pſonę debet̃ dat̃, corã poteſtate, iudice, vel vicario p̄ceptũ, debeat ei fieri hoc mõ v3. Si quantitas fuerit .x. lib. aut minoris quantitatis, vt infra .x. dies reus ſoluat creditori. Et a .x. lib. ſupra vſq; in quantitatẽ 20. lib. fiat p̄ceptum ad 20. dies, ab inde vero ſupra quantacunq; fuerit quantitas fiat p̄ceptum, ꝙ infra 30. dies ſoluat creditori. Et cõtra cõfeſſionẽ ꝓpriã nihil opponere poſſit, niſi exceptionẽ falſitatis, vel ſolutionis trãſactionis, vel pacti conuenti, q̄ exceptionẽ opponens probare debeat infra .x. dies, a die dictę oppoſitæ exceptionis, & iurare, ꝙ aĩo calũniæ non opponit. Et ſi oppoſuerit non audiatur, ſed pro iudicato habeat̃. Volumus inſuper, ꝙ actor talis, qñ formabit eius petitionẽ, vel faciet, debeat in eã inſerere, ſi de dicto debito, vel re petita appareat inſtrumentum, nec ne, vel alia ſcriptura, & manu cuius, & inſerere ſi petit partem debiti, aut rei, aut totum, vel totam, quòd ſi non fecerit tale preceptum facere non debeat, & ſi fieret, non valeat, nec teneat, nec poſſit executioni mandari.

De Cõpromiſſis fiendis ĩnter coniunctos. Cap. 12.

compromissis

ITẽ ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua diſcordia lis, vel q̄ſto, ſiue controuerſia verteret̃, vel eſſet aliqñ quacunq; de cauſa inter coniunctos, cõſanguinitatis, vel affinitatis inter perſonas vſq; intertium gradũ cõputando, ſm̃ ius canonicum, ꝙ Poteſtas, & Iudex teneant̃, & debeant, pęna 100. lib. den. de eorũ ſalario, ad petitionẽ cuiuſcunq; petẽtis cogere, & grauare realiter, & perſonaliter ipſas partes, ad cõpromittendum de iure, & de facto alte, & baſſe, cum plenitudine iuris in certã perſonã, vel perſonas q̄, vel quas ipſe partes duxerit eligendum, & ꝗcquid per dictum talẽ, & tales fuerit laudatũ vel ſñtiatum, vel diffinitũ valeat, & teneat pleno iure. Et poteſtas iudex, vel alii officiar̃ teneantur, & debeant executioni mandare, pęna 100. lib. de ipſorum ſalario. Et hoc ſtatutum non vendicet ſibi

locum

locum, nec robur habeat poſt litem conteſtatã in cauſa, q̃ verteref̃ ĩter tales coniunctos ĩmo ipſa litis cõteſtatione facta ĩter ipſos cõiũctos, vſq; ad finẽ litis ſuo marte diſcurrat.

De Inſtrumentis publicis executioni mandandis Cap. 13.

ITẽ ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona de ciuitate, vel deſtrictu Nuce. produxerit publicũ inſtrumentũ alicuius debiti liq̃di, ſeu alicuius rei certæ ĩter aliquas perſonas a .x. ãnis citra corã Poteſtate Iudice, vel vicario cõis Nuce. cõtra aliq̃ perſonã ſingularẽ, ſeu ſcindicum alicuius vniuerſitatis pro aliquo debito liq̃do ſiue re certa q̃ ſibi fieri deberet, & petierit inſtrum̃ ipſum executioni mandari contra illã perſonã ſindicum, ſiue vniuerſitatẽ, ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius, ſeu ille officialis corã quo peteref̃ executio illius ĩſtrum̃ faciat hoc modo v3. ꝙ producto dicto inſtrum̃ iudex q̃rat dictum reum, ſeu debitorem vel eius procur. ſi vult copiã dicti inſtrum̃, & terminũ ad opponendum, ꝙ ſi recuſauerit cogat illum debitorẽ ad ſatisfaciẽdũ actori de eo, ꝙ inſtrum̃ cõtinef̃. Et ſi vellet obiicef̃ vel opponere aliq̃d contra dictum inſtrum̃. tunc def̃ ſibi terminus trium dierũ. Et ĩfra ipſum terminum poſſit opponere infraſcriptas exceptiones tm̃. ſ. ſolutionis, & liberationis pacti, & cõuentionis, tranſactionis, vel falſitatis. Et aliã exceptionẽ opponere, nõ poſſit, nec debeat admicti, per aliquẽ officialẽ ditti cõis, non obſtãte aliqua executione fiat executio illius inſtrum̃ contra debitorẽ ſcindicũ, vel vniuerſitatẽ, vel ſpetiales perſonas contra quas per inſtrum̃. aliq̃d peteref̃ ad petitionẽ creditoris petentis in quantitatem debiti, & expenſas, & ſi opppoſuerit aliq̃ dictarum executionũ, def̃ ſibi termin⁹ approbãdum ipſam exceptionẽ, & peremptorie .x. dierum q̃ opponens debeat probare infra ipſum terminnm. Et infra ipſum terminum .x. dierum oſtendere corã ipſo iudice probatã habere, & ſi infra ipſum terminum non obſtenderet ꝓbationẽ plenã huius exceptionis oppoſitę cogaf̃ de bitor adpetitionẽ creditoris ad ſatisſactionẽ debiti, & expenſarum. Et nihilominus talis opponens condemnef̃ cõi Nuce. pro exceptione faiſitatis non ꝓbatæ in 50. lib. Et pro exceptione ſolutionis pacti, vel tranſactionis nõ probatæ ſi debitũ fuerit .x. lib. vel infra condapnef̃ cõi in 40. ſol. ſi a .x. lib. ſupra in 100. ſol. den. abſq; alia condemnatione vel accuſatione. Et ſi debitum peteref̃ contra aliq̃ vniuerſitatem poſſit fieri executio contra ſcindicum, & ſpeciales perſponas ipſius vniuerſitatis in perſonam & rebus ad petitionem ipſius creditoris tamquam quælibet perſona ipſius vniuerſitatis eſſet in ipſo inſtrumento ſpetialiter obligata.

De ſententiis, laudis, arbitramentis, & p̃ceptis exequendis Cap. 14.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſententię latę, lauda, & arbitria lata, & p̃cepta facta cõtra aliquas perſonas, hoc modo executioni mandenf̃ per potatẽ iudicẽ, vel vicarum, vel alterum v3. ꝙ req̃raf̃ debitor per baiulum cõis ſemel perſonaliter, vel bis ad domũ ſi nõ inuenerit ipſum perſonaliter, vel ad caſalenum ſi non habitaret in ciuitate, vel diſtrictu Nucẽ. vel ad alium locum vbi magis de proximo habitare cõſueuit, hoc mõ v3. ipſe baiulus in ipſa citatione alta voce dicat. Ego cito talẽ ad petitionẽ talis, & mando ſibi ꝙ tali die cõpareat legitime corã iudice cõis Nuce. ad ſolitum bancum iuris, ad dicen̄, & allegan̄ quare p̃ceptum, vel ſñtia facta contra eum ad petitionẽ dicti talis pro tãta quantitate pecunie ex tali cauſa non debeat executioni mãdari per ipſum iudicẽ cõtra eum. Et tunc dictę citationes fiant in pñtia duorum cõuicinorum vbi tales citationes fierent q̃ ſint maiores 14. annis, & aliter dictę citationes non veleant. Et credatur dicto, & relationi bay ſic citantis, & referentis ſe ſic feciſſe. Et p̃dicta fiant ad petionẽ creditoris, ſi aliq̃d opponere voluerint contra ipſam ſeñiam, laudum, arbitrium, vel p̃ceptum, vel ſi vult ſatisfacere creditori. Et ſi nõ venerit, vel ſatisfacere voluerit ſit in electione creditoris, vel debitorẽ ſuum cogi, & detineri facere ĩ carcerib⁹ dicti cõis, vel in palatio D. Priorum, vel ĩ logia vbi ius reddif̃ ad voluntatẽ, & libitũ dicti creditoris aut tenutã bonorum ipſi⁹ capi facere, ſeu in bano poni facere ĩ 5. ſol. pro quolibet die, quo ĩ mora fuerit ſoluendi debitum, & expen̄ cuius banni medietas ſit cõis Nuce. & alia medietas ſit ipſius creditoris in quo bãno termin⁹ p̃figaf̃ .x. dierum, tunc proxime futurorũ ad ſoluen̄ ab inde in antea incurrat dictum bannum. Et volum⁹ ꝙ q̃ncunq; aliq̃s debitor eſſet detentus in palatio, vel ſub logia, vt ſupra dictum eſt, & ſe abſentaret de dicto

loco ſine conſenſu ſui creditoris, vel eius ad cuius petitionẽ detineretur, ſoluat, & ſolucẽ cogat̃ de facto quartum plus eius, pro quo fuerit detentus medietas cuius quarti ſit cõis & reliqua ſint ſui creditoris, vel eius ad cuius petitionem fuerit detentus. Et ad probandum dictam abſentationem ſufficiat, quòd dictus creditor reqrat dictum ſuum debitorem detentum, vbi detẽtus eſſet in præſentia duorum teſtium.

Quòd inſtrumenta, & contractus vſurariorum excedentia tempus octo annorum ſint caſſa. Cap. 15

QVIA prauitas vſurarum ſemper nictitur ĩ contrariũ dei, & proximi. Statuimus & ordinamus ꝙ qcunq, de ciuitate Nuce. vel aliunde haberet aliquod inſtrum̃. debiti ſiue depoſiti, vel plura inſtrumenta cõtra aliq̃ perſonã, vel cõtra plures perſonas de ciuitate, vel deſtrictu Nuce. in quacunq; quantitate pecunie. Et ſub quacunq; contẽtione verborum, vel ius aliqd haberet, ſeu pretenderet rõne ipſorum inſtrumentorum vel inſtrumenti, aut contractus contra aliquẽ ciuẽ deſtrictualẽ ciuitatis ꝑdicte, ab octo annis vltra proxime elapſ. ſint caſſa, & cancellata, & nullius roboris & momenti, & pro caſſiis, rritis, & cancellatis habeantur auctoritate pñtis capituli tanq̃ inſtrum̃, & contractus facta, & facti per vſurariã prauitatẽ, nec poſſint poteſtas, nec aliqs officialis de ciuitate Nuce. ad petitionẽ alicuius habentis dicta inſtrumenta, vel cõtractus vnum, vel plures contra quoſcunq; debitores, vel debitorẽ, aut ad petitionẽ eius q ius aliquod pretenderet occaſione ipſorum inſtrum̃, vel contractuum contrã quẽcunq; procedere ciuiliter ad aliquẽ actum de iure vel de facto, ſed potius ipſe poteſtas iudex, & qlibet officialis teneatur pena 100. lib. pro quolibet, & qualibet vice ipſas petitiones libellũ, & iura ꝑdictos in predictis productis, & petita reicere, & ſuper ipſa non procedere, nec procedi facere ad aliquẽ actum. Et ſi ſecus fieret non valeat, nec teneat ipſo iure. Et illud idẽ dicimus in debitorib⁹, & nominib⁹ debitorũ. Et ipſorũ debitorũ obligatorũ dictis creditorib⁹ occaſione ꝑdicta. Et ad probandũ ꝙ dicta inſtrum̃ fuerit, & ſint vſuraria, & ꝑ vſurariã prauitatẽ facta, & cõtracta cũ vſurariis perſonis ſufficiat probatio fide dignorum non ſuſpectorum quatuor teſtium de publica fama. Et predicta locum habeant in feneratorib⁹ creditoribus cum qb⁹ ipſa inſtrum̃ vel debita fuerint tantũ contracta, & oĩa inſtrumenta debitorum promiſſionumq; factorum per aliquẽ Nuce. vel Nucerina aliqb⁹ Iudeis, vel Iudeo dicimus fuiſſe, & eſſe vſuraria, & in fraudem vſurarum confecta.

De ſalario Executorum, & de pena non exequentium. Cap. 16.

ITẽ ſtatuimus ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius, vel alter ipſorum ad petitionẽ cuiuſcũq; creditoris teneant̃, & debeant mictere familiã ſuã ad capiendum debitorẽ, ſeu debitores ipſius creditoris ſẽper, & qñcunq; petierit ipſe creditor dũmodo appareat de proceſſu facto executionẽ merentem ſm̃ formã iuris, & ſtatutorum dicti cõis, pena 25 lib. den. pro quolibet, & qualibet vice cõi Nuce. applicandorum, & habeãt dicti famuli poteſtatis pro eorum ſalario, & pro quolibet eorum. Et quolibet debitor̃ q̃m caperent, ſeu ducerent ad palatium, ſeu carcerẽ ĩmicterent v3. ſi in platea capent 6. deñ. a platea extra vſq; ad mercatalem, & in ipſo mercatali 12. den. Et ſi iuerit per nr̃um deſtrictum extra ciuitatẽ ꝑdictã habeant, & habere debeant ꝑ quolibet, & a quolibet debitore 2. ſol. den. quando irent prope ciuitatem per vnum miliare, & ſi magis longe iuerint habeant 12. den. pro quolibet, & quolibet miliari. Et vadant duo beruarii, & ſi plures irent non poſſint habere qcq̃ plus, a debitore, ſeu debitorib⁹ tm̃. Et ſi vltra har̃net, vel acciperent condapnetur cõi Nuce. pro quolibet, & qualibet vice, 100. ſol. den. Et ꝑdicti rectores, & qlibet eorum teneant̃ predicta obſeruare, & obſeruari facere ad petitionẽ cuiuſcunq; petentis ad predicta facieñ. ſub pena x. lib. pro qualibet vice. Et ſi creditor debitorem ſuum capi facere voluerit, & perſonaliter detineri, aut tenutã accipi ſibi facere, vel in bañum poni facere ſm̃ formã prædictorum ſtatutorum poſſit, & ſibi liceat. Et ſi eſecutio facta fuerit in vno prædictorum nichilominus ad petitionem ipſius creditoris fiat ĩ alio per eundem proceſſum ad idem ſalario pro cõi ſolut. ad voluntatem creditoris.

De pignoribus recolligendis. Cap. 17.

ITem ſtatuimus ꝙ quicunq; habuerit aliquod pignus, de aliqua re, mobli, vel ſe mo-

282

ne iti ab aliq ua perſona, ꝙ debeat ſi voluerit facer̄ citari illā perſonā q̄ ſibi dederit pign⁹ ipſum ſemel perſonaliter, vel bis ad domū, ꝙ veniat ad recolligeñ dictū pignus, & ſi debitor venerit mandet̄ ei per iudicē, vel vicarium ꝙ infra .x. dies dictum pignus debeat recolligiſſe, ꝙ ſi nō faceret dictum pignus remaneat creditori ſuo pro ſatiſfactione quātitatis, ſiue rei pro qua dictum pignus habeat, & ſibi pertineat pleno iure, hoc modo ſeruato ꝙ ſi dictum pignus valeret vltra quantitatē, pro qua fuit ſub pignoratū, ꝙ facta extimatione per duos extimatores eligendos per dictum Iudicem, & huius extimatio fiat abſq; ſollennitate iuris, & ſūmarie, & de facto abſq; req̄ſitione dicti debitoris. Reſiduū eius, ꝙ ſi vltra fuerit extimatū dictum pignus, reſtituat debitori p̄dicto dictus creditor. Et ſi non venerit in termino citationis p̄dicte ꝙ ſequenti die, vel poſt ad petitionē creditoris, per iudicē ipſi debitori termin⁹ aſſignet̄ .x. dierum infra quē dictum pign⁹ debeat recolligere, ꝙ ſi infra dictū terminū nō recolligerit remaneat ipſi creditori vt dictū eſt.

De Colloq̄o habendo per Iudicē in cauſis Ciuilibus. Cap. 18.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua q̄ſtio ventillaret̄ corā curia cōis Nuce. Et partes vellerit, ꝙ ſuper dicta cauſa, vel ſuper aliquo puncto ipſius cauſe iudex haberet colloq̄um cum aliquo alio exp̄to viro ī iure neutri parti ſuſpecto, vel altera ipſarum partium hoc peteret ꝙ iudex p̄dictus tunc teneat̄, & debeat dictum colloq̄um habere expenſis partis perdentis hoc modo vȝ. ꝙ quando partes ipſe, aut aliqua earundē peterent dictum colloq̄um, ꝙ infra q̄nq; dies, a die facte petitionis dicti colloquii deponere debeant ſalarium, ſuſpectos dare, & cōfidatos aſſignare, & oīa alia facere q̄ de iure req̄runt̄. Quòd ſi partes ipſe vel aliqua ipſarum infra ipſum terminum nō depoſuerit ſalarium prędictum iud̄ taxañ. ꝙ tunc dictus iudex cogat eos perſonaliter, & realiter ad deponeñ ſalarium p̄dictum, & acta p̄parañ. & inducendum vȝ q̄libet pars per ſe deponat totum ſalarium conſultoris, & nuptii, pęnes not. cauſarum ciuilium. Et ſi partes non fuerint in concordia de ſalario quòd iudex ipſum ſalarium taxet, prout ſibi videbitur. Quo colloquio habito parti obtinenti dictus iudex faciat ſalarium per eam depoſitum, pęnes dictum notarium reſtitui facere integraliter cum effectu.

Qualiter procedatur contra conductores, & locatores alicuius operis ſcripture, ſeu patrocinii. Cap. 19.

ITē ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis, vel deſtrictu Nuce. promiſerint facere aliquod opus in aliqua re, ſeu aliq̄d aliud occaſione laboritii, ſeu promiſerit dare lapidē, Arenā, vel Calcinā, ligna, trabes, vel promiſerit facere arcus, feneſtras, murū murare vel aliud opus, ſeu patrocinium, vel procurat. p̄ſtare, vel ſcripturā, ſeu medicamentum, Poteſtas, Iudex, vel Vicarius cogat, & cogere teneat̄ talē promictentē, ad iſtantiā, & petitionē recipentis promiſſionē realiter, & perſonaliter abſq; aliquo ſalario ſoluendo, in cōi, vel p̄cepto quouſq; īpleuerit promiſſionē per eum factā, hoc addito, ꝙ p̄dicti p̄mictentes, murum facere, vel aliquod hedificiū petre lignorū, cuicunq; perſone debeat ibi facere, ꝙ non deuaſtet̄, vel diruatur. Et opus ipſum debeant manutenere ab illa die qua factum fuerit dictum opus lapidis, & lignorum vſq; ad vnum annum proxime ſecuturū. cōpletum ad ſuum riſicum & fortunā, ſub pęna 100. ſol. den. cōi Nuce. applicañ, & nihilominus opus reficere teneañ oībus ſuis expenſis, & ſūptib⁹, ſi eueniret ꝙ dictum op⁹ deuaſtaret̄ Et illud idem dicimus de illis q̄ promiſſerint alicui aliq̄ quantitatē pecunie occaſionib⁹ ſupradictis, ꝙ per p̄dictos rectores, vel alterum ipſorum cogatur realiter, & perſonaliter ad voluntatē & petitionē creditoris abſq; ſalario, & p̄cepto, vt dictum eſt. Et ſi talis perſona citata fuerit per baiulum cōis occaſionib⁹ p̄dictis, vt veniret corā curia cōis Nuce. reſponſura de iure, & non venerit in termino ſibi dato, a bay. ꝙ ſit in electione recipientis promiſſionem ſiue creditoris, aut eum perſonaliter coger̄, aut tenutā bonorum ipſius capere, vel eum facere exbanniri pro ea, ꝙ dicta de cauſa ſibi promiſerit. Et nihilominus oīa dapna, expenſas, ac intereſſe ſuum reficere, & emendare teneat̄ de qua promiſſione, & damno ſtetur ſacramento recipientis proſſionem vſq; in quantitatem 25. ſol. dummodo appareat de procuratione, aliter non credatur ſacramento ipſius in dicta quantitate, ab inde ſupra probet legitime.

de quibus nō soluitur salarium

¶ Qualiter credatꝰ mercatoribꝰ Spetiariis vſq; in 40. ſolidos cum ſacramento Cap. 20.

ITē ſtatuimus ꝙ qñ aliqua q̃ſtio verteretur in curia cōis Nuce. inter aliquem mercatorē Spetiariū & aliq̃ aliam perſonā occaſione alicuius quātitatis pecuniȩ q̃ talis mercator ſpetiarius peteret ab illa tali perſona ꝑtio cere, aut aliarum rerum de ſua cam̄ acceptarū, ꝙ ſtetur & credatur ſcripturȩ de hoc factȩ in libro dictȩ cam̄ cum ſacramento dicti mercatores ſpetiarii de ciuitate, vel diſtrictu Nuce. tm̄, vſq; in quantitatē 40. ſol. deñ. dūmodo dicti 40. ſol. de maiori ſumma nō trahanꝰ ab inde ſupra probet legitime.

De Eſecutionibus moderandis. Cap. 21.

ITē ſtatuimus ꝙ nulla perſona audeat, vel ꝑſumat in platea, vel alibi ī ciuitate, vel foro Nuce. in die fori capi facere aliq̃ perſonā de ciuitate, vel deſtrictu Nuce. habitantē in ciuitate vel diſtrictu, pro aliquo debito. Et nullus officialis faciat aliq̃ executionem ciuilem perſonalem ad petitionem alicuius perſonȩ contra prȩdictos, ſed contra forenſ. & ciues non habitantes poſſit fieri executio.

Qualiter teneantur laboratores locatoribus. Cap. 22.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona habuerit, ſeu conduxerit terrā alteriꝰ, vel vineā ad laboritium, ſiue ad coptimum, teneaꝰ dictā terram, vel vineā bona fide, ſine fraude laboraꝰ, colere, & frumentare cōgruis tēporibꝰ ad vſum boni laboratoris, & conciatoris. Qui laborator teneaꝰ req̄rere dñum a quo conduxerit terrā, vel vineam, ꝙ ipſe aut eius nūptius debeat intereſſe meſſioni, triturationi, & eleuationi bladi, ſi voluerit, ſeu fructuum q̄ erunt in terra, ſeu vinea ꝑdicta. Et ſi non req̄ſiuerit eum dictus conductor, vel laborator pro qualibet vice, qua contrafecerit in 40. ſol. deñ pro terrea, & in 100. ſol. pro vinea cōi Nuce. condēnetur ſi q̃rela fuerit expoſita per locatorē contra conductores infra ſex menſes tm̄. Itē ꝙ oēs laboratores teneantur, & debeant metere, triturare, & bladum ad aream portare infra octo dies poſtq̄ eis a dño rei fuerit ꝑceptum vel dictum. Et ꝙ tpe ſeminationis debeant ſeminare de illo ſemine, quod placuerit dño terre, & ſi contrafecerit oīa dāna q̃ dñs dicta de cauſa ſubſtinuerit eidē dño de ſuo proprio debeat emendare, & de emendatione dāni dicti libellum non petere nec petat. Et ſi q̃rela orta fuerit de reſtitutione bladi ſit in electione locatoris, vel partē couorum, vel bladi triturati accipere. Et ſi ꝑdicta facere contēpſerit, ſeu noluerit in 40. ſol. condēneꝰ, & ſi non laborauerit terras, vel vineas quas conduxerit ad laboritium bene, & fideliter, vt dictum eſt teneaꝰ dño terre locate emendare, ꝙ dicta terra vel vinea potuiſſet fructaꝰ ſi fuiſſet bene, & fideliter laborata de ſuo proprio. Et hoc ſm̄ eſtimationē fiendā ꝑ duos homines de cōtrata, quorū vnus eligaꝰ per dñm terre & vinee, & alius per laboratorē. Qui homines ſint de cōtrada vbi dicta terra, vel vinea eſt ſita. Et ſi partem laborauerit & partē non, vt dictum eſt, dānum quod dñs terre, vel vineȩ pro parte non laborata ſubſtinuerit eidē de ſuo proprio debeat emendare. Itē ꝙ laboratores terrarum, vel vinearū nō debeant in illis terris, vel vineis quas cōduxerint ad laboritiū vel ad coptimū aliquē ſecum accolligere, vel alicui locare, ſine voluntate dñi, vel locatoris, ꝙ q̄ contra fecerit cōi Nuce. condēnetur in 20. ſol. pro quolibet, & qualibet vice. Itē ſi laboratores nō laborauerint vndiq; terras, & vineas, quas conduxerint ad laboritium bene, & fideliter in 20. ſol. cōi Nuce. pro quolibet, & qualibet vice cōdānetur, & nihilominus pro terra nō laborata, vt dictū eſt in 40. ſol. & pro vinea nō laborata, vt dictū eſt in 100. ſol. den. cōi Nuce. debeat condēnari. Et delinquentes in ꝑdictis, aut aliquo ꝑdictorum, & dictas pȩnas, aut aliq̃ ipſarū incurrentes ſuperius in dicto pn̄ti capitulo cōprehenſas nullo gaudeant beneficio in ſtatuto pn̄tis voluminis conceſſo, ſed potiꝰ ipſe pȩne effectualiter, vel integraliter perſoluanꝰ, vt dictū eſt ſine aliqua diminutione dūmodo q̃rela de ꝑdictis, vel aliquo ꝑdictorū exponaꝰ īfra ſex menſes, & damnū & eſpēſas quæ ſubſtinuerit ꝓpterea dñs rei eidem debeat emendare. Et ſtetꝰ ſacramento dñi vſq; in quātitatem 20. ſol. & ſi aliq̄s laborauerit, & negauerit terrā, vel vineā q̃ haberet ad coptimū, & laboritiū eſſe illius q̄ ſibi locauerit, & locator probaret per duos teſtes, vel publicā famā, vel per inſtrumentū locationis dictȩ terrȩ domorū, vel molendinorū, vel aliarū poſſeſſionū ipſi cōductori ad laboritiū, vel cottimū locaſſe, vel poſſediſſe ꝑ ſe, ꝙ talis cōductor, vel coptumator

mator

mator qlibet,& pro qualibet vice cõdãnetur,ſi fuerit res valoris 25.lib.in 10. lib.ſi ab inde ſupra valuerit in 50. lib. & ad reſtitutionẽ dictę rei cum refectione dãnorum,& expenſarum,& intereſſe quorũ bãnorũ medietas ſit cõis Nuce. & alia locatoris. Et de p̄dictis,& ſuper p̄dictis poteſtas,judex vel vicarius,& qlibet ipſorum poſſint inqrere, & inuenire ad eorum voluntatẽ. Et illud idẽ dicimus ſi aliquis duxerit ad coptimũ terras, vel vineas ab aliquo noſtro ciue,ꝙ teneat̃ fideliter laborare, & ipſa re vti ad vſum boni coptimi,teneatur ipſe conductor locatorẽ in vacuã,& expeditam poſſeſſionẽ rei locate reponere cum omni melioramento,ad ſenſum,petitionẽ,& voluntatem dicti locatoris. Et ſi contingerit aliquẽ dñum vendere aliq̃ rem locatã,vel aliã q̃ aliqs haberet ad laboritium,vel ad coptimum ipſe dñs teneat̃,& debeat reſeruare ius laboratoris,vel conduttoris,& ſi non fecerit ſoluat pro qualibet vice 100. ſol. & nihilominus reſeruet̃ ius laboratoris hoc modo vʒ. ꝙ locator dictę terræ teneat̃ eidẽ cõductori omne ſuum ius,& intereſſe ſatisfacere de ſuo proprio ſm̃ voluntatẽ duorum vicinorũ dictę terrę eligendorũ per ipſos locatorẽ & conductorẽ,hoc tñ ſeruato ꝙ liceat locatori,& ſuę familiæ ſi non ceperit partẽ couorum de re locata accipere vnã ſalmã paleorum, ſi terra fecerit ſeminis duorum raſeriorum grani. Et idẽ laborator,vel cõductor cõtenſerit ſeu recuſauerit dare dictas paleas eidẽ,vel ſuæ familiæ nomine banni ſoluat 20.ſol. pro qualibet vice,& ſi dñs terrę,vel vineę dederit terrã,vel vineã clauſam de fracta,ſeu muro, vel alio reparamine laboratori ſuo,ꝙ teneat̃ laborator finito tempore laboritii,vel locatoris reconſignare dictam terram,vel vineam,ita clauſam prout ab eo tempore locationis receperit cũ omni melioramẽto,& ipſum parim̃ reficere debeat ſuis expenſis,pęna 20 ſol. medietas cuius bãni ſit cõis,& alia locatoris. Et hoc locũ habeat in p̄teritis,p̄ñtibꝰ, & futuris.

Qualiter fideiuſſores conſeruentur indemnes. Cap. 23.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ad hoc, vt fideiuſſores ab eorum principalibꝰ cõſeruentur indẽpnes,ꝙ Poteſtas Iudex,vel vicarius cõis Nuce. q pro tpe fuerint teneant̃, & debeant ad petitionẽ ſimplicẽ fideiuſſoris,vel eius hęredis realiter,& perſonaliter cogere & grauare principales ꝓ qbꝰ fideiuſſerit,pęñ quęcũq;,qñcũq; petitum fuerit per ipſum fideiuſſorẽ,donec ipſe fideiuſſor fuerit a dicto principali ad intergã conſeruat. indẽpñ. non obſtante ꝙ dãnum aliquod paſſus non fuerit ex ipſa fideiuſſione, & non obſtante ꝙ diu non ſtiterit in ipſa obligatione p̄dicta,ſiue fuerit ſpecialis p̄ſona,ſiue vniuerſitas,vel cõe,vel hęredes eorum. Et ſi principales non eſſent ad extrahendũ eos,& liberandũ, & liberum faciend̃ ab obligatione q̃ ꝓ eis fecerint. Et pro ipſa fideiuſſione aliqd ſoluiſſent vel expenſas aliquas feciſſent mittatur fideiuſſor in tenutã bonorũ principalis pro quantitate petita,in qua dãnificatus fuerit,& expenſis legitimis. Et ad p̄dicta tã ſpeciales perſonæ cogantur,q̃ ſcindici vniuerſitatum,&bay.pro qbus aliquis fideiuſſerit. Itẽ dicimꝰ ꝙ de dãnis expenſis,& intereſſe q̃ vel quas paſſus fuerit fideiuſſor pro fideiuſſione,q̃ fecerit ſtetur,& credatur dãnum paſſo vſq; in quantitatẽ 40. ſol. cum ſacramento, Ab inde vero ſupra probet legitime. Et prędicta volumus inuiolabiliter obſeruari facere per poteſtatẽ iudicem,vel vicarium,& eius officiales ſine ſtrepitu,&figura iudicii in pñtibꝰ pręteritis,& futuris iuribꝰ,vel curſu tẽporis non obſtantibꝰ. Et p̄dicta vendicẽt ſibi locum ĩ contractibꝰ,& quaſi cõtractibꝰ. Et illud idẽ dicimus ſi aliqua perſona fecerit aliq̃ fideiuſſionem in curia cõis Nuce. occaſione alicuius Malleficij,ꝙ ille q fecerit malleficium debeat extrahere ſine dãno dictum ſuum fideiuſſorem ab obligatione q̃ fecerit pro eodẽ, non obſtante ꝙ ſi non haberet inſtrum̃.conſeruationis indemnitatis tñ appareat ĩ actis nr̃e curię cõis Nuce.eum fideiuxiſſe pro eo.Et prædicta debeant rectores prędicti facere obſeruari ,pęna 25. lib. den. cõi Nuce. applicandarum. Volumus ꝙ ſi aliqs pro aliquo fide iuſſerit,tam in ciuilibꝰ q̃ in criminalibꝰ cauſis qualicunq; occaſione,pęnes officiales dicti cõis,& principalis, pro quo fideiuſſiſſet veniret ĩ fortiam dicti cõis,vel ꝙ fideiuſſor principalẽ,pro quo facta fuerit fideiuſſio curię,vel alicui officiali dicti cõis p̄ſentauerit. dictus talis fideiuſſor facta tali p̄ſtatione non teneatur,nec debeat in aliquo grauari per officiales dicti cõis,ſed ex nunc pro abſoluto haberi volumus ipſo facto, non obſtantibꝰ aliqbꝰ promiſſionibꝰ,& obligationibꝰ factis per talem fideiuſſorẽ. Et ſi pricipalis ꝓ quo

ſacta fuerit fideiuxio fuerit ſufficiens,& habilis ad ſoluendum, ꝙ primo & principaliter fiat executio in perſona,& reb⁹ ipſius principalis per curiã cõis Nuce. & non in bonis fideiuſſoris,nec inperſona ipſius,& ſi non eſſet ſufficiens principalis cogatur fideiuſſor, Et aliter poteſtas iudex,& vicarius executionẽ nõ faciant cõtra fideiuſſiõe,niſi vt dictũ eſt.

¶ Qualiter habentes harbores ĩ terra alteri⁹ teneanẽ eas vẽdere,& e cõuerſo Cap. 41.

ITẽ ſtatuimus,ꝙ q.cũq; habet arborẽ in terra alterius vnã,vel plures integras, vel pro parte,ſi illa perſona cuius fuerit terra,vel vinea voluerit illã arborẽ,vel arbores emerẽ poteſtas iudex,vel vicarius teneaẽ,& debeat cogere,vel grauare illã perſonam cuius fuerit arbor,vel arbores,ad petitionem illius cuius fuerit terra,vel vinea ad faciendum ſibi vendere arborem,vel arbores ĩ poſſeſſione ipſius exiſtentes pro iuſto ꝓtio ad extimationem fiendã per duos homines illius loci,vbi poſita fuerit arbor prædicta,vel arbores ſine petitione libelli,& ſollepnitate iuris. Qui homines poſiti ad extimandum dictam arborem,vel arbores bonafide ſine fraude debeant extimare Et ipſi homines ſic eligantẽ .ſ. vnus per dñum arboris,& alter per dñum terrę. Et ſi dicti homines fuerĩt negligentes ſiue contẽpxerint dictã extimationẽ dicte arboris,vel arborum facere cogantẽ perſonaliter,& detineantur per poteſtatẽ,& alios officiales dicti cõis Nuce.donec ipſam extimationem fecerint. Et illud idem dicimus cum fuerit terra in qua dicta arbor,vel arbores ſtarent,ꝙ cogatur ad emendum dictã arborẽ ab eodem ſm̃ eſtimationem ꝑdictã ad petitionem dñi arboris,vel arborum. Et ſi eã,vel eas arbores dñus arboris vendere noluerit,non teneatur ad venditionẽ faciendã,ſed ad eleuandum dictã arborem,vel arbores, & ad remotionem ipſius arboris,vel arborum de dicta terra pẽnitus conſtringatur ad petitionem cuiuſcunq; petentis nõ obſtante ſi ꝑdicta arbor,vel arbores eſſent alienate alicui perſone,ꝙ talis alienatio reſeruetẽ per venditores arborum,vel arboris. Itẽ ſi quis negauerit poſſeſſionem arboris,vel arborum exiſtentiũ in terra alicuius ſoluat cõi nõie banni 40. ſol ſi contra talem negationem probatum fuerit de publica fama. Et q talem arborem,vel ipſius arboris partem aliq̃ habuerit in terra alterius poſſit ſine cotradictione alicuius,ſine pęna,& banno ire ad colligendum fructus ipſarum arborum. Et ſi quis contradixerit,ꝙ non colligat fructus,& ille cuius fuerit arbor & fructus voluerit contradicentem accuſare ſoluat cõi nõie,pęnę contradicens,pro qualibet vice 10. ſol. dena.

De rebus cõibus diuidendis,& de pęna negantium cõmunionem Cap. 25.

ITẽ ſtatuimus,ꝙ q.cũq; de ciuitate,& diſtrictu Nuce. haberet cõem cũ aliquo cõſorte terrã,vineã,ſiluã,pratũ,caſarenũ,domum molendinum,gualterias,& res alias cões & bona ſtabilia,& petierit cora curiam cõis Nuce. diuiſionem fieri dictis bonis, & rebus cum ſuo conſorte. Et ſi conſors noluerit,ſeu cõtenpſerit diuiſionem facere põtas,vel vicarius teneatur vinculo iuramenti ipſas partes cogere,& grauare ad diuiſionem fiendã, de illis bonis,& rebus cõib⁹ ad petionẽ alterius partis petentis,& ad terminum ꝑfiſſum per ipſos rectores,vel alterum ipſorum,ad pęnã 25. lib. cõi Nuce. applicañ,& ipſos perſonaliter detinere,& detineri facer,donec q̃libet ipſorum elegerit vnum bonũ ad dictã diuiſionem faciendã. Et ſi dicti duo homines non fuerint in concordia,tunc ponatur ad ꝑdicta per ipſas partes tertius,& ſi ipſe partes non erunt in concordia, de tertio tertius ipſe eligatur ꝑ Iudicem,& ſi duo ipſorum erunt in concordia valeat, & teneat, quod ꝑ ipſos duos factum fuerit,ac ſi per oẽs in concordia factũ extiterit,& ꝑdicta diuiſio poſſit fieri ſine pecunia,& cũ pecunia ſi ſit ita res,ꝙ aliter diuidi non poſſit. Itẽ ꝙ q.cũq; habet equum,Iumentũ,Bouẽ, vaccã,aſinum,vel aſinã,vel alia animalia cõia cum ſuo conſorte & voluerit diuiſionẽ facere de illis,vel aliquo ipſorum,aut cum aliquo colono,vel ſotio q dictas beſtias,vel aliq̃ ipſarum conduxerit ad aliquod tẽpus ab aliquo locatore,ſi cõfeſſus fuerit rem ꝑdictã cõem habere,vel appareat publicũ inſtrum̃ de dicta locatione, vel cõione,vel aliter probatũ ſit finito tpe dictę cõionis,vel tpe locationis,vel conductionis ꝑdicti rectores teneantur,& debeant talẽ conſortẽ,ſeu colonũ, vel dictum ſociũ conſtringere,& grauare ad faciendũ dictã diuiſionẽ modo,& forma ꝑdictis, & intra terminum conductionis,& locationis,ſeu cõuionis nullo modo dicta cõio poſſit diuidi ad petitionẽ dñi,vel locatoris dictarum beſtiarum. Et ꝑdictę diuiſiones poſſit fieri inter partes

partes cum pecunia, vel ſine pecunia de illis pro ſtabilibꝰ, & mobilibꝰ rebꝰ quæ ſine leſione diuidi non poſſint, & ſi ille a quo peteret̃ diuiſio de aliquo p̄dictorum negauerit eſſe cōuem, & fuerit probatū rem couem per inſtrum̄ vel per teſtes idoneos, p̄dicti Rectores vel alter eorum, ſine productione libelli, & aliis ſollēnitatibꝰ iuris, teneāt̃ cogere, & grauare eum, vt ſupra dictum eſt, ad dictā diuiſionē faciendā, & nihilominus poſſint dicti rectores procedere in prędictis. Et ſi contrarium fecerint perdant de ipſorum ſalario 25. lib. den. pro quolibet. Itē q̄ cūq; haberet molendinū, vel valcheriā, ſeu cluſam cōem diructi, vel indigenter reparatiōn, vel refectione, & aliq̄s cōſors negauerit reparare, ſeu reaptar̃, ꝙ volēs reparar̃ poſſit ad ſui voluntatē aūcte ſua ipſa molēdina, vel valcharias, ſeu cluſam facere refici: & tunc liceat, & ēt poſſit p̄dictā reparationē facere, vt dictum eſt. Et poteſtas iudex, vel vicarius, ſeu priores teneant̃ vinculo iuramenti dicto petēti licentiā dare, & ipſum molendinum, ſeu valcherias concedere pleno iure ad fructandū, & tenendum donec de expenſis factis in dicto molendino, & valcheria, ſeu cluſa, & in ipſa reparatione expenſum fuerit ſibi a ſuo conſorte integre ſatisfactū, & ipſorum fructus non cōputent̃ in ſortē, donec de p̄dictis fuerit integre ſatisfactum. Et idē dicimus de domibꝰ ſicut de molendinis, & valcheriis, & ꝙ talis poſſidens de rebus per eū poſſeſſis debeat ſoluere datā pro t̄pe quo poſſiderit. Et ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius cogat contendentem ad p̄dicta oīa obſeruanda ad ſtangā, ſub logia ſtare, & ibi bānum, & pęne prout eis meliꝰ videbit̃ conuenire. Et ſi ille a quo petitionē diuiſionis faceret alter conſors alienauerit, ſiue in alium tranſtulerit aliquo titulo alicui perſone, quę non ſit de noſtra iuriſdictione aliq̄ rem cōem, ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius debeant, & teneantur vinculo iuramenti cogere, & grauare realiter, & perſonaliter illum, vel illos ad petionē petentis, q̄ talē fecerit venditionē, vel alienationem ad q̄etandum, & faciendum ipſam reuocari, & facer̃ reuocari expēſis ſuis ad bānum 25. lib. den. eidē per dictum cōe auferendū. Et ſi aliqua perſona terrigena, vel forenſis conduxerit, vel habuerit molendinum, ſeu valcherias ad partem, & ipſa non ſtudiauerit, nec fructare fecerit, ꝙ tunc liceat, & licitum ſit locatori tā facta ſibi conductori bina proteſtatione per ipſum locatorē ꝙ ſtudeat, & fructet ea, ꝙ tunc ſi ceſſauerit ſtudere, & fructare ad vſum boni conductores licitum ſit eidem locatori reallocare alterit cui volueri, non obſtante inſtrumēto locationis habito inter eos, & pęna appoſita in dicto inſtrumento peti non poſſit auctoritate præſentis ſtatuti.

Qualiter ementes res furtiuas reddere teneantur. Cap. 26.

ITē ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona emerit rem furtiuā, quæ fuerit furtiue acceptam dn̄o ipſius rei, ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius reſtituto pretio eidē emptori teneantur ipſum cogere, & grauare ad reſtituendū ipſam rem furtiuā ipſi petenti, vel ſuo procuratori, ſi res ipſe fuerint empte in platea, vel foro, vel ī ſtratis publicis dictę ciuitatis. Et ſi ipſe res furtiue fuerint empte in aliis locis, q̄ ſupradictis, & fuerit probatum rem furtiuā eſſe ſuā p̄dicti rectores, & q̄libet eorum teneant̃, & debeant eundē habentem rem furtiuā coger̃ ad reſtituendum petenti dictā rem furtiuā ſine pretio. Et poteſtas iudex, vel vicarius nō poſſint aliqua ratione rem furtiuam, pęnes ſe habere, vel retinere, pęna 25. lib. den. pro quolibet ipſorum communi applicandorum.

¶ Qualiter cogant̃ q̄ fecerit aliquod tollimentū, vel delictū ī aliqua terra Cap. 27

ITē ſtatuimꝰ, ꝙ ſi aliqua p̄ſona ciuitatis, vel deſtrictꝰ Nuce. fecerit, vel faceret aliquod tollimentum, vel debitum in aliqua ciuitate, vel alio loco extra ciuitatē, vel deſtrictu Nuce. propter quod aliq̄s noſter ciuis aliquod dānum ſubſtinuerit, ſeu impedimentum in curia, vel extra, ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius, & priores cōis Nuce. teneāt, & debeāt req̄rere. & procurare illum, vel illos, q̄ tale debitum cōmiſſerint, ſeu tollimentum fecerint ad ſatisfacieñ de dāno prædicto, dictum dānū paſſo ſūmarię, & de facto. Et ſi ſoluere vel ſatisfacere noluerit, vel non potuerit ꝙ ad eius petitionē dicti dānum paſſi ponatur in banno de quo exire non poſſit, niſi prius ſatiſfecerit de dāno de debito, & de tollimēto prædictis. Et quòd poteſtas, iudex, vel vicarius teneantur, & debeant vinculo iuramenti facere obſeruare prædicta.

Qualiter mulier dotata ſit contenta ſuis dotibus. Cap. 28.

quicunq. haberet molendinum: valcheria seu clusam communem

ITem ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua mulier fuit, eſt, & erit dotata ab Auo, Patre, Matre, fratre, vel ſorore, ſit cõtenta ſua dote, & ãplius de bonis Aui, patris, matris, fratris, ſororisq;, dotantis tñ petere non poſſint: ſi filius maſculus remanſerit de aliqb⁹ ſupradictorum do dotatium, poſſit tñ dicta mulier capere, & habere de bonis ꝑdictorum, ſi ſibi relĩquerit in teſtamento. Dicimus etiam illud idem in ſucceſſione patrui, vel auunculi quando do tata fuerit de bonis ipſorum, ſi filius maſculus remanſerit de aliquibus prædictororum.

De dote lucranda per virum remanentem poſt mortem vxoris. Cap. 29.

ITẽ ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua mulier poſt q̃ erit penes virum, vel vir, pęnes vxorẽ ſuã deceſ ſerit ſine filiis ex eis deſcendentibus t ꝑe ſui obitus tertia pars ſuæ dotis, debeat rema nere, pęnes virum & maritum ſuum prædictum ſi maritus fuerit ciuis Nuce. & ſi fuerit forenſis nil remaneat ſibi vigore pñtis ſtatuti. Et in ipſa parte modo aliquo priuari non poſſit idẽ maritus. Et hoc capitulm ſit ꝑciſum, & poteſtas, iudex, vel vicarius, q pro tem pore fuerint debeant executioni mandare prædicta, pęna 25. lib. pro quolibet, & lo- cum habeat in præſentibus præteritis, & futuris.

De ordinib⁹ quarteriorum bay. & villarum exequendis. Cap. 30.

ITem ſtatuimus, ꝙ poteſtas ciuitatis Nuce. & ſui officiales teneantur, & debeant, pęna 25. lib. pro quolibet, & qualibet vice obſeruare, & obſeruari facere, ac executioni mã dare oĩa, & ſingula ordinamenta facta, & q̃ pro t ꝑe fierent per homines, & perſonas quo rumcũq; quarteriorum baliarum, & villarum, aut alterius eorum ciuitatis, & diſtrictus Nuce. ſuper, & de qbuſcũq; negotiis dũmodo non fiat ꝑiudicium, ac leſio alicuius viri tertiæ perſonæ ſaluo, & ſemper reſeruato iure cõis Nuce. cuius huiuſmodi ordinamenta, & pñs ſtatutum nolumus in aliquo præiudicium gñrari. Et ẽt ꝙ ipſa ordiñ. non ſint iuri & ſtatutorum dicti cõis in hoc volumine cõprehenſas, & conſtitutionib⁹ nunc vigenti- bus in prouincia ſpoletana ducatus contraria. Et dummodo peñ exigendæ, per dictum poteſtatem vigore dictorum ordinamentorum deueniat incõmuni prædicto ad manus Cam̃ dicti cõis, & aliter dicta ordinamenta, dictus poteſtas obſeruare non debeat.

De reſtitutione dotium, & ipſarum obſeruatione mulieribus de bonis delinquentis. Cap. 31.

ITẽ ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona cõmiſerit malleficium aliquod, & vxor habuerit do tes ſuas in bonis viri, huiuſmodi delinquentis: ob quòd bona dicti viri delinquentis cõi Nuce. applicari deberent, aut deſtrui, ꝙ anteq̃ publicentur, vel deſtruantur, reſtitu- atur vxori ſue ꝑdictæ de bonis delinq̃ntis ſui viri ꝑdicti, in tanta quantitate, quanta fue rit dos ipſius vxoris, & tertii pluris dictæ dotis. Et ſi domus, terra, vel vinea, fuerit talib⁹ mulierib⁹ obligata pro ſuis dotibus: Volumus ꝙ per officiales cõis Nuc. in ꝑdictis bonis obligatis dictæ dotes, & valoris tertii pluris reſtituanť vbicũq; & qbuſcũq; ď talib⁹ reb⁹ ipſæ mulieres voluerint. Et ſi dicta domus, terra, vel vinea, vltra dictã dotẽ, & tertium plus valerent, ꝗ dictæ mulieres, vel mulier req̃ranť ꝑ ipſos officiales, ſi dictam domũ, terrã, vel vineã emere voluerint. Et ſi dictæ mulieres noluerint, vel non potuerint emeř pars dictæ domus, terrę, & vel vineæ cõi ꝓtinẽs publiceť dicto cõi quota fuerit ipſa pars. Et ſi aliqua mulier cõmiſerit aliquod malleficiũ de ſuis propriis dotib⁹ ſoluere teneať. Et ſi poteſtas, iudex, vel vicarius, vel priores cõis, vel alii officiales contrafecerit in præ- dictis, aut aliquo prædictorum condẽnetur quilibet contrafaciens, in 25. lib. deñ. cõi Nuce. Et hoc capitulum ſit præciſum aliqbus in contrarium loq̃ntib⁹ non obſtantib⁹.

Qualiter extimentur bona alicuius debitoris, vel delinq̃ntis, vt fiat deſtri- butio inter vxorem, & creditorem. Cap. 32.

ITẽ ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua ꝓſona voluerit deſtribueř bona alicuis debitoris, vel delin- q̃ntis, poteſtas, iudex, uel vicarius, ſeu priores cõis teneať uiculo iuramẽti dicta bona eiuſdẽ debitoris, uel delinq̃ntis faceř extimař ꝑ duos homines ponẽdos a parte, & a cu- ria cõis Nuc. bona fide ſine fraude. Et ipſis bonis, tam mobilib⁹ q̃ in mobilib⁹ extimaris concedatur de ipſis uxori debitoris, uel delinq̃ntis, in tanta quãtitate quãta fuerit dos ipſius mulieris, & tertii pluris. Reliqua uero bona diuidanť & deſtribuanť inter alios cre ditores, ſm̃ qualitatẽ, & quantitatẽ debiti ſiue crediti: Et q eſt in tꝑe prior habeať in iuř

& cuilibet

& cuilibet ſatisfiat, vt dictũ eſt, & qui meliora iura habebit illi ſatisfiat. Itẽ dicimus ꝙ in bonis, ſeu rebus dotalibus, ſeu reb⁹ obligatis mulieri ratione ſuarum dotium, non poſſit dari tenuta alicui creditori viri vſq; in quantitatẽ dotis, & tertii pluris, nec ẽt in fructib⁹ dictorũ bonorũ, vſq; in dictã quantitatẽ, dũmodo ipſa mulier ſit prior in tpe. Et ſi data fuerit non valeat ipſo iure.

De pęna negantis infraſcriptas poſitiones. Cap. 33.

ITẽ ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua cauſa q̃ corã curia cõis Nuc. verteretur poſitiones fierent inter ipſas partes de paternitate filiatione notaria iuriſdictione cõis morte alicuius potestariã camerlengatum de aliquo iudice, vel officiale dicti cõis de aliquo matrimonio contracto, vel contrahendo, & de hęreditate, & aliqua ipſarum partiũ ipſas poſitiones, vel aliq̃ ipſarum negaret, & a ponente probatũ fuerit ꝑ publicã famã, q̃ probatio habeat pro legitima probatione: Negator in .x. lib. ſolueñ cõi Nuc. cõdẽnetur. Si vero negatũ fuerit ab aliquo in aliqua cauſa q̃ dictum cõe hr̃et in aliqua curia officialem aliquẽ dicti cõis, non fuiſſe officialem ipſius cõis, & probatum fuerit contra eum modo prędicto, vel alio modo, ſoluat cõi talis negator 100. lib. nomine pęne, & ſuper p̃dicts poteſtas, iudex vel vicarius poſſint, & debeant per inq̃ſitionẽ proceder̃, & omni modo quo melius põt.

De Feriis, & ordine ipſarum. Cap. 34.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ in ciuilib⁹ cauſis nõ reddat̃ ius, per officiales cõis Nuc. & ſint Ferię v3. ĩ Natiuitate Dñi, & eius vigilia, cum ſeptẽ dieb⁹ ſeq̃ntib⁹. In Paſchate Reſurrectionis, cũ ſeptẽ p̃cedentib⁹ dieb⁹, & ſeptẽ ſeq̃ntib⁹. Dieb⁹ Dominicis, & oĩb⁹ dieb⁹ Veneris totius anni. Et oĩb⁹ feſtiuitatib⁹ Mariæ verginis, & oĩum Apoſtolorũ, Euãgeliſtarum, & doctorum eccleſiæ, & ſancti Rainaldi, & .S. Feliciſſimi, & in feſto Paſchatis Pentecoſtes, cum duob⁹ dieb⁹ ſeq̃ntib⁹. Die feſti beati Ioãnis Baptiſtæ, & die feſti officii corporis Chriſti: Sancti Antonii de menſe Iannarij: In feſto oĩum ſanctorum, cũ vno die ſeq̃nti: In feſtiuitatib⁹ beati Martini, beati Laurentii .s. Ludouici .s. Nicolai .s. xpofori .s. Paterniani .s. Macharij, & .s. Bordoni .s. Lucię .s. Catherinæ beati Angeli Michaelis, in feſtiuitatib⁹ ſanctę Crucis, & in oĩb⁹ feſtiuitatib⁹ ſanctorum, & ſanctarũ Dei, q̃ p̃cipiuntur cuſtodiri, per aliquod capitulũ, ſtatuti p̃ntis voluminis. Et generaliter in õni alio die alicui⁹ ſancti, vel ſãctæ, q̃m Dñus Epiſcopus cum ſuo clero duxerit celebrañ Itẽ a feſtiuitate beati Petri de menſe Iunii, vſq; ad octauã Aſſumptionis beatæ Mariæ de menſe Augusti, & primis viginti dieb⁹ intrantis mẽſis Octobris, & in die Cineris, & carnis priuii. Et ꝙ null⁹ in dictis feſtiuitatib⁹, vel aliqua ipſarum poſſit, nec debeat inq̃etari ſiue vexari, nec capi, nec ẽt detineri pro aliquo proceſſu ciuili, vel occaſione alicuius debiti, pęna põtati, iudici, & cuilibet alio officiali, ſiue familiarib⁹ contra facientib⁹ in p̃dictis, & quolibet p̃dictorum 100. lib. den. & nihilominus, quòd fieret non valeat ipſo iur̃. Et hęc non intelligat̃ in iuratis ſuſpectis, & fugitiuis, & quòd cohactus, & retentus, contra formam prædictam, debeat pęnitus relaxari ad pęnam prædictam.

De Muris, & Parietibus fiendis, & diuidendis inter conuicinos. Cpa. 35.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona a decẽ annis citra fecit, vel fecerit, aut faciet in futurum murũ, ſiue parietẽ ſuis expenſis inter domum ſuã, & rẽ ſui vicini in tereno eorum cõi, per poteſtatẽ iudicẽ, vel vicarium cogat̃ ipſe conſors, ſeu vicinus, ad reſtitutionẽ partis p̃tii illi q̃ fecerit murũ, ſeu parietẽ ad ſenſũ, & deliberationẽ vni⁹ magiſtri lapidum ponendi ad extimandũ dictum murum, ſeu parietẽ expenſis petẽtis. Qui magiſter ponatur a partib⁹, ſeu curia dicti cõis, & interim non poſſit ipſe conſors, ſeu cõuicinus appodiare aliquod hedificium in muro p̃dicto. ſiue pariete, & ſi apodiauerit, ſeu ædificauerit in muro p̃dicto illi eo remouere teneat̃, ad pęnã 100. ſol. Et p̃dicti rectores poſſint ĩponere pęnas, & banna. Et ex inde ad vnum annum poſt hedificationẽ muri ſeu parietis partẽ dicti p̃tii petere non poſſit, niſi talis conſors infra dictum tempus voluerit ibi hedificium aliquod facere, vel appodiare. Itẽ dicimus ꝙ ſi aliquis conſors muri cõis extollere voluerit dictum murum magis in altum, ꝙ poſſit in ipſo muro murare, ſeu murari facere, & altius eleuare contradictione aliqua ſui conſortis non obſtante. Et ſi conſors voluerit poſtea altius eleuare, vel aliquid appodiare, ſiue lignum ĩmittere, ꝙ nõ poſſit

De muris fiendis et [...] lendis inter co[...]

ti prius pro ea parte q̃ voluerit eleuare ſatisfecerit dicto ſuo conſorti. Et poteſtas iudex vel vicarius, ſeu priores ad petitionē petentis, faciat p̄dicta firmiter obſeruari. Itē ſi murus non eſſet inter aliquos cōſortes, & aliqua partium voluerit petierit, ſeu diceret, ꝙ dictus murus micteretur in terreno cōi, & voluerit iurare, ꝙ dictus murus non eſſet. Iudex cōis ad petitionē partis debeat ire ad videndum locum, vtrum ſit dictus murus fiendus per altitudinē loci, & ſicut dictus iudex decreuerit, ita executioni mandet, & dictus Iudex debeat p̄cipere partibꝰ, ad pęnā 100. ſol. ꝙ debeant mictere terminum cōem, ad faciendum dictum murū, ſiue parietē, prout docuerit dictus iudex. Itē dicimus, ꝙ ſi dictus murus, vel paries minaret ruinā, vel deuaſtaret dictus murus, q̄a eſſet malus, ꝙ nō poſſit ſuper ipſum hedificari. & magiſtri dicerent ipſum murū indigere reparationē, quòd ille petens poſſit reficere dictum murū, & conſors illico medietatē expenſarum reficere teneatur alioq̄n non poſſit ſuper ipſum murū aliq̄d appodiare, donec ſatisfecerit expēſas p̄dictas. Itē ꝙ q̄cūq; habet ſuum murum, ſeu parietē inter ſe, & ſuum conuicinum, ꝙ tūc dictus ſuus vicinus, non debeat mittere aliq̄ trabē, nec cauallū, ſeu lignū, nec facere aliquod hedificium ſuper ipſum murum, ſeu in ipſo muro, in præiudicium grauamen ſui conſortis, niſi vt dictum eſt. Et ſi aliquis contrafecerit ſoluat cōi nomine banni, 10. lib. & emendet damnum patienti, & nihilominus teneatur id, quòd apposuerit, vel inmiſerit in eo eleuare, & remouere. Et prædicti Poteſtas, & priores teneantur prædicta facere obſeruari. Item volumus quòd quicumq; habet domum in ciuitate Nuce. cum tecto, & pariete, debeat hāre in ipſa domo hoſtia talia, quòd nulla turpitudo poſſit in caſacere, & actatio dictorum hoſtiorum, debeat fieri de mēſe Ianuarii, & Februarii, & cōtrafaciens quilibet ſoluat cōi nomine banni, pro quolibet hoſtio, quòd actatum non fuerit de menſibus ſupradictis 20. ſol. den.

Quòd allegantes præſcriptiones alicuius rei, ad laboritium, vel coptimum conceſſe non audiatur, & de pęna ipſorum. Cap. 36.

ITem ſtatuimus, quòd nullus de ciuitate, vel deſtrictu Nuce. q̄ conduxerit ad laboritium, vel ad coptimum, domos Molendina, terras, vineas, & alias poſſeſſiones, durāte tempore cōductionis prædictę, audeat, vel præſumat directe, vel indirecte, ſibi de rebus prædictis ab aliquo ius quærere ex aliquo titulo, ſeu cauſa in præiudicium locatoris, & ſuorum iurium, nec dicto tempore, ſiue poſt contra ipſum locatorem, allegare aliquam præſcriptionem, nec ius aliquod in alterum transferre, ſed ipſam rem finito tempore locationis prædictę relapſare locatori prædicto, cum omni cōmodo ad petionem ipſius locatoris liberam, vacuam, & expeditam. pęna contrafacienti 25. lib. den. & nihilominus rem ipſam locatori prædicto, vt dictum eſt de facto relapſare cogatur.

Qualiter vendentes, & donantes res poſtea poſſeſſas præſumantur fictę feciſſe. Cap. 37.

ITem ſtatuimus, quòd ſi aliquis fecerit alicui aliquod inſtrumentum venditionis, ſiue donationis aliquarum poſſeſſionū. Et ipſe poſt ipſam venditionem, ſiue donationē, vel quocūq; alio nomine poſſeſſiōn̄ in illum transtuliſſet, ſiue alicui cōceſſiſſet, in pacifica poſſeſſione remanſiſſet, dictę rei vendite, ſiue donate, aut quocumq; alio titulo conceſſe, per quatuor annos, poſt dictam talem conceſſionem, ſeu venditionem, quòd huiꝰ inſtrumentum venditionis, donationis, ſiue conceſſionis, ſit caſſum, irritum, & inane, ac nullius valoris, non obſtante quòd in dicto inſtrumento venditionis, ſiue conceſſionis contineatur, ꝙ dictus talis vendens, vel concedens cōſtituerit ſe præcario nomine poſſidere pro dicto emptore. Et hoc capitulum habeat locum in præteritis præſentibus, & futuris. Saluo & reſeruato ſi dictus talis concedens, vel vendens, per promiſſionem, vel dationem ad coptimum, vel laboritium, vel per reſponſionem fructuum, ꝙ dicto tali ementi dictum capitulum non præiudicet.

Qualiter Poteſtas teneatur omnes fidos amicos inter ſe diſcordes reconciliare. Cap. 38.

ITem ſtatuimus ꝙ futurus Poteſtas vinculo ſacramenti teneatur, & debeat ad requiſitionem dominorum Priorum, q̄ pro tempore erunt infra vnum mēſem, ab initio ſui

offi ii regiminis reconciliare pacificare,& recóciliari,ſeu pacificari facere,omnes amicos fideles de ciuitate,vel deſtrictu Nuce. inter ſe diſcordes ī bona,& firma pace ponere cum ſtipulatione pęnarum,prout ſibi,& prioribus videbitur cōuenire,pęna poteſtati 100. lib. de ſuo ſalario. Et priorib⁹ 25. lib. pro quolibet,ſi ad p̄dicta fuerint negligētes.

Quod nullus foreñ.poſſit petere aliquod debitum,ab aliquo noſtro ciue,vel comitatenſe non petitum infra 15. annos. Cap. 39.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd nullus foreñ. cuiuſcunq; ſtatus,conditionis,& p̄/heminentię exiſtat poſſit,nec ſibi liceat per ſe.aut per procuratorē, aut per aliam interpoſitam perſonam petere,nec quólibet exigere aliquod debitum ab aliqua perſona ciue,vel cōmitatenſe ciuitatis Nuce. factum,vel contractum de rebus mobilib⁹,vel im/mobilibus in dicta ciuitate Nuce. vel eius cōmitatu,aut in quocunq; alio loco fuerit factum extra dictam ciuitatē,vel eius comitatum,cum ſcriptura publica,vel priuata, aut ſine ſcriptura ꝙ debitum per huiuſmodi creditorem vel creditores, aut eorum nomine non fuerit petitum infra 15. annos,a die dicti talis debiti contracti inchoãdos. Et quòd omnis ſcriptura publica,vel priuata,uel promiſſio facta cum teſtibus,ſine ſcriptura, aut contractus inde celebratus eſt,& ex nunc eſſe debeat irritus & innanis,& nullius valoris efficacie,vel momenti,& ex ipſis alicui forenſi,aut procuratori ipſius forenſ.actio aliqua non cōperat,& de ipſis promiſſionibus:Inſtrumentis,& ſcripturis publicis, vel priuatis ad petitionem alicuius forenſis per ſe,vel alium petiturum,nec de aliqua pęna, quæ appoſita eſſet aliqua executio,per officialem dictę ciuitatis,vel cōmitatus fieri non poſſit, & nulla fides adhibeaī,& p̄dicta locū habeant in p̄ntibus p̄teritis,& futuris,nō obſtante aliquo ſtatutorum capitulo dictę ciuitatis,in contrarium loquente,ſed potius habeatur & ſit pro ſuſpenſo in hac parte auctoritate p̄ntis conſilii.Et quòd præſens reformatio,& capitulum pro pleno decreto habeatur,& nihilominus valeat, & teneat in perpetuum pleno iure.

Finis Libri Secundi.

IN NOMINE DOMINI AMEN. HAEC SVNT RVBRICAE

Huius voluminis Statutorum Communis Nucerij, ſuper Tertia Parte de Maleficiis.

DE Citationibus fiendis in Maleficiis, Cap. 1
De terminis dandis in Maleficiis, cap. 2
De pęna Blasfemantis Deum,& Sanctos ſuos: Et de cuſtodibus celatis, cap. 3
De pęna in ſultatium aliquem ad domum,vel alibi cap. 4
De pena percutientium aliquem cum baſtone,lapide,& his ſimilibus cap. 5
De pęna percutientium aliquem cum infra ſcriptis armis ferrei cap. 6
De pęna homicidarum,& aſſiſinorum cap. 7
De pęna percutientium aliquem manu vacua,vel pede,vel ſpinſerit, vel cęperit aliquem per capillos. cap. 8
De pęna extrahentis capucium,vel quiduis aliud de capite alterius cap. 9
De pęna minoribus 14. annis,& aliis exceptis a pena, cap. 10
De pœna verberantis famulum,vel filios,vel aliquos domeſticos cap. 11
De pęna accuſantium aliquem de malleficio per ipſum accuſatorē cōmiſſum cap. 12
De pœna furum. cap. 13
De pœna publicorum latronum,& de refectione furcarum cap. 14
Vbi perſonales executiones fieri debeant,& de pęna contrafacientium. cap. 15
De pœna conburentium domum,vel cappannam cap. 16
De pœna fragnentium domum,vel cappannam cap. 17
De pœna committentium peccatum ſodomiticum cap. 18
De pœna violantis muros ciuitatis,vel alterius caſtri cap. 19
De pœna frangentis carceres communis cap 20
De pœna occupantis aliquod Caſtrum Communis Nucerii cap. 21
De pœna occupantis aliquam ciuitatem caſtrum,vel communantiam cap. 22
De pœna dicentis alicui verba iniurioſa cap. 23
De pœna perhibentium falſum teſtimonium,& producentium falsos teſtes cap. 24
De pœna fabricantis,vel expendentis falſam monetam. cap. 25
De pœna cognoſcētiū aliq̄ mulierē per vim,& q.,& qn̄ poſſit accuſari de hiis cap. 26
De beneficio conceſſo per pacem confeſſionem,& ſolutionem cap. 27
De pena & bannis duplicandis in maleficiis cap. 28
Qui habeantur pro forenſibus in Malleficiis cap. 29
Quomodo,& quando conuictus de malleficio tormentēt,& citetur ad hoc cap. 30
Quod pōtas non poſſit aliquem tormentare nec in carcere vel palatio cap. 31
De pœna iniuriantium,ſeu percutientium priores,& alios officiales, cap. 32
De pœna turbantis aliquem in proceſſione,& abbolitieñ concedenda cap. 33
Quod laboratores non grauentur,nec operarii,ſed domini eos conducentes cap. 34
De pœna euntium poſt tertium ſonum campane cap. 35
De pœna reſpicientium clam de nocte ad hoſtium alterius cap. 36
De pœna ludentium ad ludum taxillorum & aliarum; cap. 37
De pœna ludentium ad ludum inuitarum. cap. 38
De pœna portantium arma per ciuitatem,& quando liceat. cap. 39
De pœna facientium rumorem in conſilio cap. 40
De pœna non capientis,vel inſequentis malefactorem ,& pęna non præſtantis auxilium capientibus ex banditos cap. 41
De pœna parantium ſe baiulo cap. 42
Qualiter procedatur de ſimilibus ad ſimilia, vbi ſtatuta locutur non procedatur ſecundum ius commune. cap. 43
De pœna contemnentium mandata poteſtatis,iudicis,vel vicarii cap. 44

Qualiter

Qualiter pōtas iudex, vel vicarius, poſſit cognoſcer̄ de īfraſcriptis malleficiis cap. 45
De pęna facientium Bactimaglia affigliato. cap. 46
Quòd condēnationes lectę in conſilio valeant, & not. det copiam de eiſdem cap. 47
De pœna occidentis animalia alterius cap. 48
De pœna corrumpentium poteſtatem, & alios officiales cap. 49
Quòd Baiuli, & Ciues Nucerini non cogantur ad executiones perſonales cap. 50
De pœna laborantium diebus Dominicis, & feſtiuis cap. 51
De pœna officialium percutientium aliquem cap. 52
De pœna officialium accipientium aliquem de cuſtodibus cap. 53
De pœna receptantium exbanditos cap. 54
De pœna extrahentis terminos inter ſe, & ſuum vicinum cap. 55
De pœna facientis guerram Communi Nuce. cap. 56
De pœna infamantis aliquem de proditionē, & turbatione pacifici ſtatus cap. 57
De pœna non probantis accuſationem per ſe factam. cap. 58
De pœna damnificantis Commune Nucerii cap. 59
De pœna detinentium aliqua bona, & pecuniam Communis cap. 60
De Guerra non facienda. cap. 61
Quòd Poteſtas non poſſit aliquem confinare, niſi cum voluntate prioriorum, cap. 62
De pœna frangentis pacem. cap. 63
De pœna baliſtantium aucellantium, & lapides proicientium cap. 64
De pœna laborantis terras cōis, & qualiter fiat ſcindicus ad locandum eas cap. 65
De beneficio conceſſo capientibus exbanditos cap. 66
Quòd Poteſtas, & ſui officiales faciant executiones de condemnationibus cap. 67
De pœna blaſfemantis Ciuitatem Nucerii cap. 68
De pena Poteſtatis facentis aliquam addunantiam. cap. 69
Quòd nullus trahat tenpore rumoris, niſi ad poteſtatē priores, & capitaneos cap. 70
De pœna facientium alq̄ addunantiam, vel couenientiā a ſex perſonis ſupra cap. 71
De pœna ex murantium pontes vel fontes. cap. 72
De pœna poteſtatis ſi cauderet primam portam Rocchę cap. 73
De pœna forenſium venantium, & aucupatium in territorio Nucerii cap. 74
Quòd Iudex, Notarius debeant actare proceſſus, cap. 75
De pœna exbanditorum offendentium aliquem, cap. 76
De pœna ſcapigliantium & eleuantium caputeum, vel capellā ad defunctum cap. 77
De pœna habentis duas vxores. cap. 78
De pœna offendentis aiiquam opinate cap. 79
Quòd venditores Olei teneantur habere menſuras ſigillatas, cap. 80
De pęna vendentium Carnes ſallitas contra ordines, cap. 81
De pęna vendentium Salem contra ordinem. cap. 82
De pœna officialium accipientium beſtias ad eorum vſum cap. 83
De pęna prohicientium aquam, vel putredinem in ſtratis publicis cap. 84
De pęna portantium letamem infra portam Nouam, & Mercatale cap. 85
De pęna ingomborantium in platea, & prohicientium ibi lapides cap. 86
De pęna trahentis, & cauantis lapides de foſſato alieno, & cui debeantur res ablate per plenariam. cap. 87
De neceſſariis & chiochis retinendis ſecretis cap. 88
De pena facientium foueas prope muros communis Nuce. cap. 89
De Andronibus, & chiochis manu tenendis cap. 100
De pęna portantium letamē die Mercurii, & tempore vindemiarum. cap. 101
De pęna portantium lapides de caſtro giſte cap. 102
De pęna facientium bructuras in ſtratis, & caſalenis cap. 103
De pęna non murantium Caſalena iuxta ſtratam. cap. 104
De pęna facientium cluſam de nouo in præiudicium alterius. cap. 105

Quòd nemo poſſit vendere niſi ſubiecto cõi Nucerii.	cap.	106
De pœna portantium ligna extra deſtrictum Nucerii	cap.	107
De pœna vaſtãtium laqueos alterius.	cap.	108
De pœna ſiccantium formam molendini,	cap.	109
De pœna barberiorum prohicientium ſanguinem ĩ viis,& de ipſarũ ſalario	cap.	110
De pœna ementium granum pro forenſe,	cap.	111
De pœna forenſiũ piſcantiũ ĩ nr̃is fluminib⁹,& de pęna ementiũ piſces ab eis	cap.	112
De pœna petentium ab aliquo debitum ſolutum,& q̧ excipiantur ab ipſa	cap.	113
Quòd officiales cõis pro aliis non aduocent	cap.	114
De pœna tenentium porcellos contra formam huius capituli	cap.	115
Qualiter marcus cõmunis ſit penes Camerarium communis	cap.	116
Quòd q̧cumq; habet caſalenum a cõi,non poſſit ipſum vendere,& de pena contrafacientium.	cap.	117
De Fornariis,& eorum ſalario	cap.	118
De modo ſeruando per Paniſaculas,& Pizicarolos,& de ipſorum pena contrafacientibus	cap.	119
De Tabernariis,& Vinum vendentibus,	cap.	120
De Macellariis,	cap.	121
De Sartoribus,Teſſitricibus,& aliis Artificibus,& eorum ſalario	cap.	122
Quòd Broccula communis reſpondeat cum peticto	cap.	123
Quòd factores dupleriorum faciant papirios bombicis	cap.	124
De pœna ementium ante nonas,& vbi pizicaroli permaneant.	cap.	125
De pœna nominantis aliquem Ambaſciatorem in conſilio	cap.	126
De pœna lauantis ad Fontes	cap.	127
De pœna Magiſtrorum circulorum non apportantium circulos	cap.	128
Quòd nullus poſſit ſubtrahere officium D. Priorum.	cap.	129
De pœna negantis ſe ciuem,& alienatis contra formam ſtatutorum,& fugientium a citadinantia,	cap.	130
De pœna deriuantis extra curſum proprium Aquam Gayſane,	cap.	131
De pœna tenentis Porcos extra formam huius capituli.	cap.	132
De modo ſeruando per Mollarios,& de pena contrafacientium	cap.	133

Finis.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI AMEN.

Incipit Tertia Pars Statutorum Communis Nucerij:

De citationibus fiendis in Maleficiis.

STatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona fuerit citata,& requiſita perſo/
naliter ſemel,vel bis domi vbi habitare conſueuit diuerſis diebus .ſ. ſemel
in die,vt ſe excuſaret ab aliquo maleficio vnde eſſet accuſata. vel denũptia
ta,aut vnde contra eã per inꝗſitionẽ ꝓcederet per baiulũ ſiue baiulos dicti
cõis,tã de ciuitate,ꝗ̃ de villis,& non venerit in termino ſibi dato exbãniatꝰ:
Et in ipſo exbãnimento triũ dierũ terminus ꝑfigatur ad cõparendũ corã curia cõis Nu.
& ſi in ipſo termino non venerit habeatꝰ pro confeſſo,& ad cõdẽnationẽ procedatꝰ, ſicut
voluntarie confeſſa fuiſſet. Et sẽper in condẽnatione bannũ cõputetꝰ,& dictũ bannũ trã
ſeat in rẽ iudicatã,& habeat vim ſententiæ diffinitiuæ,elapſo termino dicti banni,& di-
ctæ citationes fieri debeant per bay. ſupradictos,per cedulã continentẽ perſonã citati,
cauſam & qualitatẽ delicti,& ipſam cedulã deferre,& dimictere debeant ad domũ,ſiue
caſalenũ dicti citati in quo,vel qua habitare conſueuit,vel eam ſibi offerre,ſi eum perſo
naliter inuenerit. Et ẽt dicimus,ꝙ in dictis bãnimentis,vel altero eorum eodẽ modo ꝑ
vocẽ ꝑconis bannientis alta voce dicatꝰ,& inſeratur informa dicti bãni nomen accuſati
vel inꝗſiti, & cauſa & qualitas accuſationis & inꝗſitionis,& qualitas,& effectus banni:
Forenſes aũt in cauſis criminalibus citentꝰ infraſcripto modo v3. Si forenſis fuerit de ci-
uitate,vel loco diſtanti aciuitate Nuce. vel 25. miliaria,vel ĩfra citentꝰ per litteras ſigil-
latas ſigillo poteſtatis,vel Iudicis ſui: In ꝗbus ꝗdẽ litteris contineatꝰ cauſa,& delictum
de quo,& quare proceditur contra ipſos,& in dicta citatione aſſignetꝰ ei terminus 5. dierũ
a die pñtationis dictarum litterarũ conputanꝰ. Quæ pñtatio fiat officialibus terræ vnde
eſſent tales forẽſes,vel alteri eorundẽ officialiũ,& de ipſarum litterarum pñtatione ſtetꝰ,
& credatur relationi bay ſeu nũptii dictas licteras pñtatis,& habeatꝰ pro plena, & vera
citatione,ac ſi perſonaliter citati eſſent in ciuitate Nuce. & eidẽ tali nũptio, & bay. de
ſuo ſalario,& mercede per Camꝰ dicti cõis ſatisfiat. Et hoc habeat locum qñ forẽſes hu-
ius non poſſent perſonaliter inueniri in ciuitate,vel deſtrictu Nuce. Si aũt inueniatꝰ inci
uitate,vel deſtrictu Nuce. ꝙ tunc ad petionẽ offenſi ab huiuſmodi forenſibus verbo,vel
facto,ꝗ diceret ſe fuiſſe offenſum,vel alterius cuiuſcunq; petentis poſſint,& debeant ta-
les forenſes capi, & detineri donec ſe excuſauerit,& idoneos fideiuſſores,vel fideiuſſorẽ
ꝓſtiterint,non obſtante,ꝙ non fuerint primo citati & reꝗſiti. Itẽ dicimus ꝙ licitum ſit
officialibus dicti cõis, & alijs perſonis,& debeant citari facere per tubã, cũ termino .5.
dierũ, in platea dicti cõis,voce ꝑconis in criminalibus forenſes,& domiciliũ non habẽ-
tes in ciuitate,vel deſtrictu Nuce. diſtantes a dicta ciuitate Nuce. vltra 25. miliaria, &
ꝙ dicta citatio valeat & teneat,ac ſi perſonaliter citati fuerint,& habeatur pro veridica
dicta citatio. Et ꝙ ĩ quolibet actu ſufficiat ſemel dicta citatio facta cõtra dictos forẽſes
voce ꝑconis. Et ſi dicti tales foreñ non cõparuerint in dictis terminis ponatur in banno,
& aſſignetꝰ eis terminus ſex dierũ ad cõpareñ,& ſe excuſandũ, quo termino elapſo ſi nõ
cõparuerint condẽnetur,ac ſi conuicti eſſent de dictis delictis per confeſſionẽ ipſorum.

De terminis dandis in Maleficiis. Cap. 2.

ITẽ ſtatuimus,ꝙ poteſtas Iudex,vel vicarius,& notarius maleficiorũ, & ꝗlibet ipſorũ
per ſe teneatur, & debeat cuilibet accuſato,vel inꝗſito dare terminũ 5. dierũ, ad ſuã
defenſionem faciendã,& ẽt actori de maleficiis,& accuſis 5. dierum ad probandum, &
ſemel aſſignatus dictus terminus per aliquẽ ipſorum,iterum per alterum ipſorũ aſſigna
ri non debeat,cõputandorum a die excuſationis accuſati, vel inꝗſiti. Et ſi ꝑdicta facerꝰ
obmiſſerit,aut alterũ eorum iudex in 50. lib. condẽnetꝰ,& not. in 25. lib. & dãna,& ex-
pẽſas ſibi debeant emendare,& terminus maleficiorũ in criminalibus datus per notariũ
maleficiorum valeat & teneat,ac ſi datus eſſet per poteſtatẽ iudicẽ,vel vicariũ, & ſi ĩfra
dictum terminum defenſiones rei legitime,ac viridice ꝓpoſite corã eis, vel altero eorũ

non admicterēt per eos, vel alterū ipſorum, ꝙ tales defenſiones ſint pro admiſſis, & legi-
time probatis. Et officialis corā quo proponerēt, ſi ipſas non admixerit teneatur refice
re dāna expenſas, ac intereſſe reo tꝑe ſui ſcindicatus, & condēnetur pro quolibet, & qua
libet vice in x. lib. Et notari⁹ ꝗ hr̄et proceſſum, teneat̄ dare copiā omniū actorum, infra
ſpatium 2. dierum, cōputandorum a die excuſationis poſt, & vltra dictos duos dies, ad
petitionē petentis, ꝙ ſi non fecerint non currant tēpora accuſato, vel inqſito ad ſui de-
fenſionē faciendā, a die requiſitionis, ſiue proteſtationis ſibi not. factę per dictum accuſa-
tum vel inqſitū, ꝙ ſi daret copiā ſupradictā vſq; ad diem datę copię, qua die recipiat ip-
ſam tēpora, & nō prius, & nihilominus dictus notarius condānetur cōi Nuc. in 25. lib.
deñ. Item dicimus ꝙ banniatur publice ad banchum iuris in platea cōis, ꝙ ꝗcumq; ha-
beret cauſam malleficii in curia cōis Nuce. ꝙ cōpareat corā Iudice dicti cōis, de inde,
ad tres dies ad diceñ. & allegañ. ꝗſꝗd vult. Et dicimus, ꝙ ſi dictus notarius ꝗ haberet
dictum proceſſum non daret copiam actorum illi contra quē proceditur, infra dictum
terminum, ſi requiſitus fuerit a reo, quòd eidem dāna, & expenſas debeat reficere, quæ
ex tali proceſſu incurreret dictus reus vltra penam prædictam.

De pœna Blaſfemantis Deum & Sanctos ſuos. Cap. 3.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona blaſfemauerit Deū & Beatam virginē
Mariā in 50. lib. den. vice qualibet cōi Nuce. condēnetur, & ſi dictā quantitatē non
ſoluerit eius, lingua perforetur, & ſpagum in ipſo foramine mictat̄, & ipſius ſpagi capita
ſimul vngro ex parte poſteriori ligauerit, & manus deretro delinquens ponere alligat⁹
ad catenā, ꝗ eſt in ſpiculo, ſeu angulo ſcalarum palatii D. Priorū dictæ ciuitatis, ſi ipſum
malleficium probatum fuerit contra eum. Et ſi ꝗs nominauerit, ſeu dixerit per vuluam
dei, vel virginis Mariæ, vel per p̄putium, vel anum, eodē modo & eadē pęna puniatur, ac
ſi maledixerit, vt ſupra. Et ꝗcūq; talē blaſfemiā audiuerit teneatur, & debeat ipſum ac-
cuſare, & denunptiare, & ſi voluerit teneatur nomen eius in ſecretum, & habeat medie-
tatē banni, ſi ꝗs aūt doloſe, & malo animo ꝑcuſſerit, deuaſtauerit, ſeu abraſerit aliꝗ pictu
ram ſignificantē deum, vel ſanctā Mariā in .x. lib. & alium ſanctum, vel ſanctā dei ī 100.
lib. cōis Nuce. condēnetur. Et ſi dictas condēnationes non ſoluerit infra .x. dies, a die
latæ ſententiæ, manus deſtra ſibi amputetur a buſto. Et ſuper hiis pōtas iudex, vel vica-
rius teneatur, & debeat quolibet menſe ſemel per inqſitionē procedere per oēm modū,
ꝙ ſibi melius videbitur conuenire, & cum duobus teſtibus dicto accuſatori credatur. Si
vero huius malefactor in fortiā cōis non venerit, ſed potius in banno ſeu ponis permixe-
rit accuſator nihilominus habere teneatur 20. ſol. den. Si aūt blaſfemauerit ſanctos, &
ſanctas dei puniatur in 25. lib. pro quolibet, & qualibet vice Itē ſi ꝗs iurauerit per ſan-
guinē dei, vel beatę Marię, vel iurauerit per interiora eius, vel eorum ſoluat cōi nomine
banni 20. ſol. den. Et ſi dixerit de lanno ſia dio condēnetur in 100 ſol. den. Et ſi ꝗs ma
ledixerit ſanctum Feliciſſimum, & ſanctum Rainaldum, cōdēnetur pro quolibet, & qua
libet vice, in .x. lib. den. Et ſi p̄dicta, vel aliquod p̄dictorum dicta fuerint corā poteſtate
& D. Prioribus dicte ciuitatis iudice, vel vicario duplicent̄ banna, ꝗ bāna ſtatim auferri
faciant ab eodē. Et priores ꝗ erunt de menſe Iañ. & Feb. teneant̄, & debeant pęna x. lib.
ꝓ quolibt eliger̄ quatuor cuſtodes celatos vȝ. In quolibet quarterio vnū, ꝗ iurēt & eorū
iuramento debeant accuſare iurantes, & facientes contra p̄dicta, & eos denumptiare in
curia Nuce. Et ēt teneantur, & debeant dicti cuſtodes denunptiare ludentes ad ludū ta
xillorum, & laborantes diebus feſtiuis, & oēs cōmictentes aliquod malleficium, vel aliꝗ
contra formā ſtatut. infra tertiā diē, a die cōmiſſi malleficii, pęna 40. ſol. pro quolibet. &
qualibet vice, ſi non denunptiauerit modo p̄dicto. Et de dictis blaſfemantib⁹ iurantib⁹
ludentibus. & laborantibus habeat medietatē bānnorum illorū vȝ. quos ipſi primo ac-
cuſauerint, ſeu denunptiauerint, & credatur eorum relationi, cum duobus teſtib⁹ fide-
dignus. Similiter dicimus, ꝙ baiuli bay. debeat, & teneātur denunptiare ludentes iurā-
tes blaſfemantes p̄dictos, & habeant medietatē bannorū eorundē ludentiū, & blaſfemā
tium. Et nihilominus ꝗlibet poſſit accuſare, & denunptiare palā, vel abſconſe p̄dictos
ludentes blaſfemantes, & laborantes, & habeat medietatem banni, & bāniantur p̄dicta

quolibet

qolibet menſe,& nomina dictorum cuſtodũ teneantur in ſecretum. Et in omnibus, &
ſingulis ſupradictis in pñti capitulo contentis, huiuſmodi delinquentes non gaudeant
aliquo beneficio huiuſmodi ſtatuti, niſi ſolum beneficio confeſſionis.

De pęna inſultatium aliquem ad domum, vel alibi. Cap. 4.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqs fecerit inſultum contra aliq̃ perſonã,ſeu iniuriã
ad domum in qua habitaret,ſi fuerit cum armis noctis tpe ,ſoluat cõi nomine banni
100. lib. pro quolibet,& qualibet vice,ſi ſine armis 50. lib. den. Si qs vero fecerit inſul
tum ad poſſeſſionē alterius,ſi cum armis ſoluat cõi nomine banni 20. lib. den. Si ſine ar
mis .x. lib. den. Si vero fuerit alibi cũ armis x. lib. Si ſine armis 100. ſol. den. ꝓquolibet
& qualibet vice. Et inſultus intelligatur qñ aliqs moueret ſe contra alium de loco ad lo
cum irato animo,& malo modo,vel ſi iuerit contra alterum malo modo irato animo,&
percuſſerit,ſeu adminauerit cum manu vacua,vel alio modo: Seu poſuerit manũ ad cul
tellum,vel alia arma: Et ſi percuſſerit,vel adminauerit cum armis de vno quoq; .ſ. per-
cuſſione per ſe,& de inſultu per ſe puniatur · Si vero de die cõmiſerint ſupradicta vel ali
quod pdictorum īmedietate pęne pdictę. Et liceat aſſalito,vel aſſalit. aſſalentē,ſeu aſſa
lentes ipſum cum armis euaginatis,vel nudis offendere dictum aſſalentē , vel aſſalentes
cum armis,& ſanguinis effuſione. Et ſi aggrediens,vel aggrediētes aggreſſi fuerīt aliquē
vel aliquos ſine armis liceat tali aſſalito vno,ſeu pluribꝰ offendere aggredientē , ſeu ag-
grediētes huiuſmodi ſine armis,&abſq; ſãguinis effuſione ſolũmodo dũmodo probet le
gitimę aſſalitꝰ inſultum ſibi primo factum eſſe ab aſſalentem. Et inforenſibꝰ delinqntibꝰ
contra noſtrum ciuem,vel diſtrictualē,& ī ciue cõtraforenſem ſeruet modꝰ,& forma,&
ꝓcedat vt infra dicet in capitulo de peñ percutientium aliquem manu vacua, vel pede,
&c. Et ſi pdictis poſſit,& debeat procedi,& inqri omni modo quo melius poteſt.

De pœna percutientium aliquē cum Baltone,lapide,& his ſimilibus Cap. 5.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis, vel diſtrictus Nuce. percuſe
rit aliq̃ perſonã dicte ciuitatis,vel diſtrictus,cum tabalacõ, cipello,baculo,lapide,fu-
ſte,aſſide,picone,furca,vel alie genere armorum ſimili mõ ferratorum, ſi fuerit cum sã-
guinis effuſione,& ſigno ī facie,vel cicat. e nomiter inde remanſerit perpetuo cõdēnet
cõi Nuce.in 400. lib. den. ſi aũt infacie cũ ſanguine ſine cicatrice,& ſigno ꝑpetuo,q p-
cuſſerit puniat pro qualibet percuſſione in 100. lib. den. Si aũt ſine ſanguine,& cum li-
uore,ſiue cicatrice puniat pro qualibet percuſſione in 50. lib. den. Si aũt ſine ſanguine
liuore,& cicatrice,puniatur pro qualibet percuſſione in 40. lib. den. Si aũt a ſpatulis ſu
pra percuſſerit aliquē cum fractura cranei,vel ruptura alicuius oſſis,puniat pro qualibet
percuſſione in 300. lib. den. Si aũt cum pdictis armis,aut aliquo eorũ ãputaret, vel pdi
faceret,vel debilitaret aliquod mēbrum,vel partē alicuius mēbri,vel dentē cadere fe-
cerit,puniatur eodē modo,& forma qbus punitur delinquens in infraſcripto prox. cap.
poſito,ſub rubrica de pęna percutientium aliqm cum infraſcriptis armis: Et ſi a collo in
fra percuſſerit aliqm cum pdictis,vel aliquo pdictorum,&ſanguis exiuerit,ſoluat cõi no
mine banni 50. lib. den. Si ſine ſanguine 25. lib. deñ· Si aũt pdicta vel aliquod pdictorũ
per aliquē cõmicteretur a ſpatulis ſupra extra faciē inperſonã alicuius, ſine ſanguine, &
ſine fractura cranei,vel ruptura alicuius oſſis,ſoluat cõi delinquens pro qualibet percuſ
ſione 50. lib. den. Et ſi cum ſanguine in 100. lib. den. cõi Nuce. condēnetur. Si aũt p-
dicta,vel aliquod pdictorum cõmitterentur per aliqm ciuē noſtrum, vel deſtrictualem
in perſonã alicuius forenſis puniatur eadem pęna,qua puniri deberet Nucerinus ciuis, ī
terra dicti forenſis,ſi nõ appareret,nec oſtenderet ſtatutum terre forenſ. pdictum Nuc.
infra terminum ſibi dand per dictum iudicē dicti cõis Nuce. puniat ī medietatem pęne
eius quo deberet puniri ſi offenderet,& cõmitteret in perſonã alicuius con ciuis. Si aũt
forenſis cõmiſſerit aliquod pdictorum ī perſonã alicuius noſtri ciuis,ſeu deſtrictualis du
plicet pena ſibi in oībꝰ p dictis,& ſingulis caſibus,q̃ duplicatio loco ſimplici habeatur.
Et in oībꝰ ſupradictis cauſibꝰ tales delinqntes teneant patienti dãna, & expenſas penitꝰ
emendare ipſarum taxationi pōti,& iudici reſeruata,in qua pęna dãñ. & expeñ habeat
pro condēnato,licet pro ſua cōdēnatione & bãno, vel altero ipſorum nulla fieret mētio

de eiſdem,& ſi aliqua perſona ex p̄dictis faceret ad menatas ſine percuſſiōe cum p̄dictis rebus,ſeu aliqua ipſarum ſoluat cōi pro qualibet adminata quatuor lib. denariorum.

De pęna percutientium aliquē cum infraſcriptis armis ferreis. Cap. 6.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis,vel deſtrictus Nuc. percuſſerit aliq̄ perſonā in ciuitate,vel deſtrictu Nuce. vel alibi cum cultello, enſe, ſpētone, ſtoccho,Mannaria ſecurio, falcaſtro,lancea,cauallocta,claua ferrea,vel traſcollata, ſeu metallata,zappa,zappuli,vāga,falcionie,ſeu aliis armis,ferreis,vel ferratis malitioſis ad delinqueñ. vel ad offendendum,vel altero ipſorum,ſi q̄ dē infacie,vel ī gula, & ſanguis exiuerit,& cicatres,vel ſignum euidens,& enorme perpetuo inde remanſerit pro qualibet percuſſione ſoluat nomine pęne,& banni 400. lib. den. Si aūt ſanguis exiuerit,& cicatrix,ſeu ſignum perpetuo nō ſit remanſurum cōdēnetur in 200. lib. den. Si vero ſanguis non exiuerit,& vulnus non fecerit ſoluat cōi nōine banni,100.lib. den. Si vero alibi q̄ in facie,& gula aſpatulis ſupra,& ſanguis exiuerit,& vulnus fecerit,ſoluat cōi nōine banni 200. lib. den. Et ſi fregerit craneū,vel aliud os,vel neruum inciderit,vel debilitauerit condēnet̄ dicto cōi in 400. lib. den. Si vero ſanguis non exiuerit,& vulnus nō fecerit in 100. lib. cōi Nuce. cōdēnet̄. Et ſi percuſſerit aliquē cū dictis armis,vel aliquo ferro p̄dictorū in aliqua parte ſui corporis a collo infra,& ex dicta percuſſione ſanguis exiuerit,& vulnus fecerit ſoluat cōi nōine banni 200. lib. den. Si ſanguis non exiuerit ſoluat percuſſor pro banno 50. lib. den. Et ſi os fregerit,& ſiue ſanguis exiuerit, ſiue non ſoluat nōine bāni 200. lib.den. Si aūt aliquod mēbrum corporis āputauerit,ita ꝙ a corpore ſeparet̄ cōdēnetur in 500. lib. den. & nullo beneficio gaudeat. Et ſi dictas q̄ngētas lib. non ſoluerit integras cum effectum infra terminum .x. dierum,a die late ſeñtie cam̄ cōis p̄dicti, ꝙ ducat̄ tunc ad locum iuſtitie conſuetum,& ſimile mēbrum amputet̄ eidē, ita &t aliter ꝙ a corpore ſeparet̄. Et appellatione mēbri contineat̄ oculus,& auricula naſum,manus,pedes,& oē aliud mēbrum corporis non habens in ſe aliq̄ particulā. Quicūq; aūt amputauerit alicui digitum alicuius manus,ita ꝙ ab ipſa manu ſeparet̄ puniat̄ pro quolibet digito in 400. lib. den. Et ſi non ſoluerit infra .x. dies,a die late ſententiæ, ꝙ ducatur ad locum iuſtitiæ conſuetum,& ſimilis digitus,vel digiti ſibi āputentur, ita ꝙ a manu ſeparentur. Si aūt ex percuſſione digitum,vel digitos debilitauerit puniatur ꝓ quolibet digito, ī 200.lib den.Si aūt āputauerit aliq̄m digirum pedis,vel extraxerit vel cadi fecerit quoquo mō aliq̄m dentē de ore alicuius condēnetur pro quolibet digito pedis,in 200. lib. pro quolibet dente,in 100.lib. den. Et ſi q̄s cum dictis armis,vel aliquo ipſorum nudis,& euaginatis adminauerit contra aliq̄m,& non percuſſerit;ſoluat cōi nomine banni,pro qualibet adminatione 40.lib. den. Si aūt cum armis p̄dictis aut aliquo ipſorum non euaginatis,ſoluat cōi nōine banni,pro qualibet adminatione 20. lib. den. Si q̄s aūt euaginauerit arma p̄dicta,vel ipſorum aliq̄,& non adminauerit neq; percuſſerit,ſoluat cōi nōine banni 20. lib. den. Si q̄s aūt proicerit contra aliq̄m cultellum, lanceā,vel aliud genus armorum,ferrorum,vel lignorum ferratorum,& non percuſſerit,puniatur pro qualibet vice in 35. lib.den. Si vero lapidē,baſtonē,vel aliā rem non ferratā p̄icerit,& non percuſſerit,puniat̄ pro quolibet,& qualibet vice,in 100. ſol. den. Si aūt aliq̄s forenſis cōmiſſerit aliquod malleficium in perſonā alicuius nr̄i ciuis,vel deſtrictualis condānetur in duplo eius,quod cōdēnari deberet noſter ciuis ſi cōmitteret contra ciuem. Et hæc duplicatio habeatur,& intelligatur quantum ad pęnā pecuniariā loco ſimplici. Si aūt aliq̄s noſter ciuis,vel deſtrictualis cōmitteret aliquod malleficium in ꝑſonā alicuius foreñ cōdēnetur ea pęna, qua cōdānaret̄ talis forenſis cōmittens cōtra noſtrum ciuē,tale malleficium in ſua terra. Et ſi ꝑ talē ciuē,vel deſtrictualē non probaretur, vel oſtenderetur infra terminum ſibi ſtatuendum per iudicē dicti cōis,ſtatutum illius terre vnde eſſet talis foreñ, ꝙ tunc debeat cōdēnari in medietatem pęne, qua deberet condēnari noſter ciuis,ſi cōmitteret cōtra noſtrum ciuē. Si aūt forenſis cōmitteret cōtra forēſem puniatur ea pęna,& modo q̄bus puniretur ciuis,ſi cōmicteret contra noſtrum ciuē. Et ſi occaſione dictarum percuſſionum,vel alicuius earum mēbrum aliquod debilitatū, ſeu magagnatum fuerit,ſoluat percutiens,& percuti faciens cōi Nuce. 400. lib. den. &

omnia dãna, & expñ percuſſor percutienti percuſſionem debeat emendare ſecundum taxatione fiendã, per põtem, vel iudicem cõis Nuce. ĩ quolibet caſuum pdictorum, & in fortiã cõis, non venerit ponatur in banno sm̃ delictum cõmiſſum per eum, & ĩ ipis quantitatib9, ſiue pęnis debeant cõdemnari. Et dicimus ꝙ põtas, iudex, vel vicarius teneant mittere familiã ad proſeqndum, vel capieñ malefactorem, ſeu malefactores, quod ſi non fecerit perdat de ſuo ſalario 100. lib. & ipſi officiales poſſint, & debeant ſuper prædictis inqrere, & per inquiſitionem procedere, vt melius fieri poteſt.

De pęna homicidarum, & Aſiſinorum. Cap. 7.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, & hac lege firmamus, ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis, vel deſtrictus Nuce. cõmiſerit ſeu fecerit homicidium in ciuitate, ſeu deſtrictu Nuce. vel alibi vbicumq; in perſonã alicuius noſtri ciuis, ſeu diſtrictualis. Et talis homicida in fortiã cõis Nuce. fuerit tpe late ſeñtie, ꝙ ducatur ad locum iuſtitie conſuetum, & ibi caput a ſpatulis ãputeť, ita & taliter, ꝙ a corpore ſepareť, & pęnitus moriatur. Si aũt tpre dicte ſeñtię non fuerit infortiã dicti cõis, ꝙ tunc exbaniatur, & condemnetur in here, & perſona reſeruata debita iura nature filio, vel filiis ex legitimo matrimonio natis vno, vel pluribus dicti talis delinqntis, & ꝙ ipſa bona ſint, & eſſe intelligantur confiſcata, & applicata dicto cõmuni licet in ſeñtia, ſeu condemnat. vel banno fuerit obmiſſum. Et vltra confiſcationem pdictã bona oĩa talis delinqntis depopulentur, & deuaſtentur in totum Et ſi quo tpre venerit in fortiã dicti cõis, ꝙ ducatur ad locum iuſtitie conſuetũ, & ibi caput a ſpatulis amputetur ſibi ita, & taliter ꝙ pęnitus moriatur. Item ſi aliqs vndecumq; eſſet, fecerit in ciuitate, vel deſtrictu Nuc. homicidium ꝓ ptio, vel ad petitionem alicuius perſone, ꝙ attraginetur ad caudã aſini per ciuitatem Nuc. vſq; ad locum iuſtitie conſuetum, & nihilominus amputetur ſibi caput a buſto, ita ꝙ moriatur, & oĩa eius bona publicentur, & cõfiſcientur, & pro publicatis, & confiſcatis habeantur, & intelligantur dicto cõi, non obſtante ꝙ in ſeñtia, ſeu condemnatione, vel banno non fuerit appoſitum. Et ſimiliter dicimus ꝙ puniať, ſi qs occiderit patrẽ, & matrem, vel alterum ipſorum vel aliqua pſonam poſt cuius mortem aliqua ſucceſſio, vel hęreditas deberet ei, vel ſuis hęredibus remanare, & ſit priuatus ipſe, & ſui hęredes dicta ſucceſſione, & hęreditate vigore præſentis ſtatuti. Quicumq; autem fecerit fieri, vel mandauerit fieri aliquod homicidium ex prædictis puniatur ea pęna, qua commictens homicidium prædictum puniretur, & puniri deberet, vt ſuperius eſt expreſſum. Et ſuper his quæ continetur in præſentiti capitulo de menſe octobr, fiat vnus ſcindicus pro cõi ad capiendum bona huiuſmodi homicide aut homicidarum, & bandiri faciendum, & vendendum pro cõi. Item dicimus ꝙ ſi qs forenſis interficeret aliquem forenſem in ipſa ciuitate, vel eius deſtrictu, puniatur q̃m ad modum punitur noſter ciuis occidens alium ciuem, vt ſupra in oĩb9 caſib9 pdictis. Itẽ ꝙ ſi noſter ciuis, vel diſtrictualis occideret forenſem, ꝙ puniať, & puniri debeat ĩ illa pęna, qua puniretur ciuis ciuitatis: vel loci illi9 vnde eſſet foreñ occiſus, ſi noſtrum ciuem, & deſtrictualem occiderit. Et ſi in loco, vel ciuitate vnde eſſet foreñ occiſus ciui, vel terrigene occidenti forenſẽ certa, pęna non eſſet ĩpoſita, qua noſter ciuis puniri poſſet, ſeu non appareret eo, q a ſtatutum illius ciuitatis, vel loci non loqueretur de pdictis, vel iaceret, vt noſtrum ſtatutum vel alio iñcto modo, ita ꝙ pęna determinata non eſſet. Volumus ꝙ in tali caſu noſter ciuis forenſem occidens, ſeu occidi faciens puniatur in mille lib. den. Et ſi aliqs forenſis occideret aliquem ciuem Nucerinum ſiue deſtrictualem, debeat attraginari in platea, vſq; ad mercatale, & ibi ſibi caput buſto ãputetur, ita ꝙ moriatur, & oĩa eius bona publicẽtur et cõfiſcentur dicto cõi vt ſupra dictum eſt. Et ſuper pdictis oĩb9 põtas, iudex, vel vicaris poſſit, & teneatur procedere in uenireq; malleficiũ p inqſitionem accuſationẽ denuntiationem & p omnem alium mõdum p q̃m ſibi videbitur conuenire. Et eis inuentis culpabilibus nulla pro eis, & eorum defenſa exceptio poſſit obici, vel opponi. Item dicimus ꝙ cuilibet ſit licitum capere cõmictens malleficia ſupradicta, vel alterum ipſorum, & ducere infortiam dicti cõis. Et ſi tpre captionis pdictę talis capiens vnum, vel plures euitare non poſſit pſonalem offenſam dicti delinqntis, eo ꝙ ſe defenderť, vel alii ſibi fauorem pſtarent, & impedirent cap-

tores p̄dictos,ne talem caperent delinq̄ntē,ſi tunc accideret dictos captores, vel alterū eorū offendere delinquentē, vel īpediētes captionē p̄dictā nulla pęna puniat̄. Et q̄cūq; ad p̄dicta cōmictenda,vel aliquod p̄dictorum,vel ad faciendum,vel cōmicteñ aliquod aliud malleficium,vel delictum dederit,vel p̄ſtiterit huic delinquenti vel delinquentib⁹ auxiliū cōſilium,& fauorē v₃. eundo,ſtādo,aſſociādo & recedēdo cū eo poſt cōmiſſum delictum,vel nec ſe interponendo,& rumorem non leuando contra talem,vel tales delinquentes puniatur, ea pęna qua puniri deberet,vel punietur talis delinquens. Et hoc capitulum ſit præciſum & immutabile.

De pęna percutientium aliquem manu vacua,vel pede,vel ſpinſerit, vel ceperit per capillos. Cap. 8.

Item ſtatuimus,q̄ ſi q̄s percuſſerit aliquem cum manu vacua,vel cum pede a ſpatulis ſupra,& ſanguis exiuerit,& vulnus fecerit condēnetur in 50.lib. den. ſi ex tali percuſſione ſanguis exiuerit abſq; vulnere condēnet̄ pro qualibet percuſſione in 30. lib. den. Si aūt ſine ſanguine condēnetur pro tali percuſſione in 25. lib. den. Si aūt cum manu, vel pede offenderit oculum,vel aliter cecauerit,vel viſum debilitauerit, condēnetur ea pęna qua condēnari deberet ex forma ſtatuti,ſi p̄dicta cōmicteret cum armis. Si q̄s aūt momorderit in facie aliq̄m,vel a ſpatulis ſupra,& ex tali morſu ſanguis exiuerit condānetur pro quolibet morſu,ī 50. lib. den. Et ſi ſine ſanguine in 25. lib. den. Et ſi cum ip̄o morſu interuenerit amputatio,vel debilitatio alicuius mēbri,puniat̄ delinq̄ns,vt ſupra in p̄cedenti capitulo,de pęna percutientium cum armis,ac ſi cum armis cōmicteret ſupradicta. Si aūt aliq̄s ceperit aliq̄m per capillos, puniatur ꝓ qualibet vice in 25. lib.de. Si aūt ceperit per capillos barbe,ſiue per illos iniurioſe traxerit,cōdēnetur ī 25. lib. de. pro qualibet vice. Et ſi q̄s a ſpatulis infra percuſſiſſet aliq̄m manu vacua,vel pede,&ſanguis exiuerit,condēnetur pro qualibet vice in 25. lib. den. & ſi ſine ſanguine in 12. lib. den. Si q̄s aūt percuſſerit aliq̄m a ſpatulis ſupra cum aliq̄b⁹ interiorib⁹ alicuius beſtie, vel cum cene,vel fimo,vel aliquo re ſimili,vel corregia condēnetur in 50. lib. den. pro qualibet percuſſione,& qualibet vice.Et ſi q̄s a ſpatulis infra condēnetur ꝓ qualibet vice,& qualibet percuſſione 25. lib.den. Et ſi ex aliqua dictarum p̄cuſſionum,vel captiōe capillorum,& barbe fecerit aliq̄m cadere in terra,vel alibi,condānetur vltra percuſſionē,ſiue percuſſiones p̄dictas,vel capillatione, in 25. lib. den. pro quolibet &qualibet vice. Et ſi q̄s ſpinſerint,vel ſpataſſauerit aliq̄m, condānetur pro qualibet vice,& qualibet ſpincta,ſeu ſpataſſatione,in .x. lib. den. Et non poſſit contra aliq̄m procedi de ſpīta, ſeu ſpataſſatione ſola,niſi per accuſationem factā per ipſum iniuriatum. Et ſi ex tali ſpinta, vel ſpataſſatione fecerit aliq̄m cadere in terrā,vel aliquo alio loco cōdēnetur de caſura p̄dicta in .x. lib.den.Et ſi q̄s aliq̄m poſt p̄dictam caſurā extraginauerit per terrā.per capillos,ſiue per barbam condēnetur pro qualibet vice ī 100. lib den.Et ſi per pannos,vel bracchia,vel per pedes cōdēnetur in 50. lib. den. Et ſi ex tali extraginatione,& caſura ſanguis exiuerit puniatur,ac ſi cum lapide,vel ligno percuſſiſſet. Si aūt contra aliq̄m adnauerit manu vacua iniurioſe dicendo,io te cauaro locchio,io te darro vna gotata, vel alia ſimilia verba,condēnetur pro qualibet vice,& qualibet adminatione in 4. lib. den. Si q̄s aūt dilaniauerit pannos de dorſo alicui,puniatur in 4. lib. den. pro qualibet vice, & in emendatione dāni. Et hæc oīa locum habeant inter noſtros ciues & deſtrictuales. Si aūt cōmiſſum fuerit aliquod p̄dictorum per forenſem ī perſonā alicuius nr̄i ciuis, vel deſtrictualē duplicentur ſibi pęne,& habeatur dicta duplicatio pro ſimplici.Si aūt aliq̄s noſter ciuis,vel deſtrictualis cōmicteret p̄dicta,vel aliquod p̄dictorum, ī perſonā alicuius forenſ. condēnet̄ ea pęna,qua cōdēnaretur dictus talis forenſ. offendens dictum noſtrū ciuē in terra ſua. Et ſi talis noſter ciuis,vel deſtrictual' non oſtenderet ſtatutum terre dicti foreñ. in termino dādo ſibi per iudicem dicti cōis condānetur in dimidia pęna , qua condēnaret̄ &cōdēnari deberet,ſi percuteret ciuē,vel deſtrictuale nr̄um.Si aūt cō micteret aliquod p̄dictorum in perſonam alicuius forenſis,condemnetur ea pęna, qua condemnaret cuius ſi percuteret ciuem noſtrum.

De pęna

38r

De pena extrahentis caputeum, vel q̃duis aliud de capite alterius. Cap. 9.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſi q̃s extraxerit de capite alicuius Caputeum, Birretum, infullam, galerium, vel aliquid aliud per quod caput diſcoperiatur puniat̃ in 40. ſol. pro quolibet & qualibet vice. Et ſi dictū caputeum, birretum infulā, galleriā, vel aliq̃d aliud, quod q̃s haƀet in capite proiecerit interrā. & ſupra domum in aliquo loco, puniat̃ i 100. ſol. den. Si aūt dilaniauerit, vel deturpauerit, vel pedib⁹ calpiſtauerit. puniat̃ in .x. lib. den. & dānum emendet, in quolibet caſuum p̃dictorum. Si q̃s aūt acceperit mātellum, villectum, biondā, vel aliq̃d aliud de capite, vel dorſo alicuius mulieris, puniat̃ pro quolibet, & qualibet vice, in 100. lib. den. Et hoc nō habeat locum in mulierib⁹ publice meretricantib⁹ dūmodo fiat in perſonis earum, & aliis ōnib⁹ per inq̃ſitionē denuntiationē, & oēm aliū modum poſſit procedi per pōtem, iudicē, vicarium, & eius curiā q̃b⁹ melius fieri poteſt. Si q̃s aūt acceperit alicui mantellum, vel aliq̃ rē contra eius voluntatē, & ea ſub pignorauerit ad tabernā, vel alium locum cōdēnet̃ in 4. lib. den. ꝓ quolibet & qualibet vice & rem acceptā reſtituere teneatur. Et hoc locum habeat inter noſtros ciues, & deſtrictuales. In forenſib⁹ aūt cōmittentib⁹ huius modi cōtra ciues, & in ciue cōtraforenſem, & ī forenſe contra forenſem procedatur, eo mō & via q̃b⁹ ſupra in ꝓximo cap. dictum eſt.

De minoribus 14. annis, & aliis exceptis a pœna. Cap. 10.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi minor 14. annis maior tñ x. annorum cōmiſerit aliquod malleficium puniat̃ i tertia parte banni eius, quo maior 14. annorum puniatur, & puniri deberet. Si vero minor .x. annis percuteretur ab aliquo maiore, cum ſanguinis effuſione, vel ſine condēnetur percuſſor in quarta parte banni quod cōtinetur in capitulis ſupra dictis, & non plus dummodo de ipſo malleficio accuſetur per patrem, vel aliq̃m ex parentibus, vel conſanguineis dicti minoris, & aliter non poſſit contra talem percuſſorem procedi: Contra minorem vero .x. annorum, minor tamen 7. hoc ordine procedatur .ſ. ſi percuſſerit aliq̃m cum ſanguinis effuſione, ſoluat cōi nōine banni .x. ſol. Si ſine ſanguine nullatenus procedatur. Et ſi caſu fortuito, vel ſimplicitate tales minores interficerent aliq̃ perſonā remaneat in prouidentia priorum, q̃ pro t̃pe erunt, dummodo ad penā perſonalem non procedatur, nec ſanguinis effuſione procedi poſſit aliquo mō.

De pena verberantis famulos, vel aliquos domeſticorum. Cap. 11.

ITem ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis, vel deſtrictus Nuce. verberauerit famulum, vel famulā, vel nepotem, vel neptem ipſius verberantis, vel aliq̃m alium fratrem, & cohabitantem cum eo ad unum panem, & vnum vinum, vel dixerit eidē aliquod verbum iniurioſum, ſi p̃dicte iniurie fuerint ſine ſanguine, vel ſine fractiōe oſſis, vel membri debilitatione vlla pena puuiatur. Si vero iniurie p̃dicte infererentur in perſonam alicui⁹ p̃dicti, cum ferro, baculo, lapide, vel aliquo genere armorum, cū ſanguinis effuſiōe puniatur talis illator in medietate banni, quo puniretur ſi intuliſſet offenſam in perſouā cuiuſdā extranei. Et idē dicimus obſeruandum inter magiſtros cuiuſcūq; artis, & eorum diſcipulos, & inter virum, & vxorem, fratres carnales, cognatos, fratres conſobrinos, & nepotes, & alios conſanguineos in ſimul habitantes. Et et intelligatur in fem̃is ſimiliter obſeruandum ſimil coniunctis. Et de prædictis non poſſit aliter procedi, niſi per accuſationem, offenſi vel offenſorum.

De pena verberantis famu[los] vel domesticos

De pena accuſantium aliq̃m de malleficio per ipſum accuſatorē cōmiſſo Cap. 12.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona accuſeuerint, ſeu denunptiauerit aliquā perſonā, de aliquo maleficio, vnde fuerit ſanguis effuſionis, & ipſe accuator & denuntiator ſibi met ipſi ſanguinem extraxerit, vel offendi fecerit. ſeu aliquod aliud malleficium cōmiſerit, ꝙ talis accuſator, ſeu denūtiator condēnetur in duplum ipſius quantitatis, in qua condēnari deberet accuſator p̃dictus. Si malleficium probatum fuerit cōtra deum, & dāna & expenſas q̃, & quas occaſione dicte accuſe fecerit, vel ſuſtinuerit ipſe deunptiator, vel accuſator illi tali accuſato teneatur, & cogatur integraliter emendare, atq; reficere. Et ad inueniendum ipſam fraudem, & malleficium, poteſtas, iudex, vel vicarius poſſit inquirere per omnem modum, quo melius fieri poteſt.

De pena Furium. Cap. 13.

38 v

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliquis maior 14. annis cōmiſerit furtū in ciuitate, vel deſtrictu Nuc. & fuerit manifeſtum ipſum malleficium,ſiue furtū aliq̄m cōmiſiſſe Si fuerit valoris .x. ſol. cortoñ malefactor cōi Nuce. condēnetur in .x. lib. den. Et ſi fuerit valore a .x. ſol infra. et vt ſicut dictum eſt puniat. Si vero valore fuerit a .x. ſol. ſupra vſq; ad 20. ſol. Si fuerit de die,in 20. lib.den. malefactor debeat cōdēnari. Si vero a 20 ſol. ſupra vſq; in quantitatem 100. ſol. Si fuerit de die in 30.lib.den. malefactor debeat cōdēnari,& ſemper dānum patienti emendet. Si vero fuerit a 100.ſol. ſupra vſq; ad 10. lib. Si de die fuerit ſoluat cōi nōine banni 50. lib. den. & emendet dānum patienti. Et ſi fuerit valoris a x. lib. ſupra quantacūq; fuerit quantitas ſoluat cōi nōine bāni 200.lib. den. Et ſi malefactor īfortiā cōis deuenerit.Si fuerit de ciuitate,vel deſtrictu Nuc.& nō ſoluerit condēnationē faciendā, infra x. dies,a die late sñtie eius auricula ſibi de capite āputetur. Si vero forenſis fuerit,& ipſam condēnationem non ſoluerit infra .x dies poſt latā sñtiam poſt q̄ a poteſtate iudice,vel vicario fuerit reqſitus ad ſoluendum dictū bānum,& condēnationem in duobus locis quoquatur infacie v3. in ambabus guancis, cū ferro calido. Et nihilominus ſibi auricula amputetur. Itē dicimus ꝙ ſi aliqs fur repertus fuerit cum re furtiua in ciuitate,vel deſtrictu Nuce. ſimili pęna puniatur, non obſtante dicta res furata fuerit extra ciuitatem p̄dictā,& eius deſtrict. verū tñ ꝙ huiuſmodi malefactor fuerit fur vel latro publicus,& famoſus per gulā ſuſpēdatur in furcis,ita ꝙ moriat̄ Et ſic dicti rectores v3. pōtas iudex,vel vicarius debeat cōdēnare. Et poſſint, & debeāt ipſi rectores per inqſitionē procedere,& per oēm modum quo meli⁹ poteſt. Et ſi maior x. annorum minor, vero 14. annorum cōmixerit aliquod de p̄dictis malleficiis ſibi bannum,pro medietate debeat moderari,& ſi dictā condēnat. non ſoluerit per totā ciuitatē Nuce. fuſtiget̄ cum virgis, contra vero minores .x. annis, vt ſupra in alio capitulo ſub rubrica de pęna minorum procedatur,&non aliter. Itē ſi aliqs inuentus fuerit ad faciendum furtum,ꝙ liceat inuentori,& ſuccurrentib⁹ eum perſonaliter capere,& captum ducere,ad curiā cōi Nuce. ſine pęna & banno. Et poſt q̄ fuerit captus,ſi talis capiens nō duceret ipſum infortiā dicti cōis,&non aſſignaret ipſum dicte curie puniatur,pęna 50. lib. den. Et ſi fur tunc cum armis ſe defenderet ne caperet̄, & tunc aliqs percuteret ipſum, cum effuſione ſanguinis,vel ſine ipſa de cā ꝙ ad pęnā ſiue ad bannum non teneatur. Et ſi aliqd de p̄dictis, dicti rectores neglexerint ad implere in 25. lib.den. ꝑ quolibet & qualibet vice cōi Nuce.condēnetur. Et in cīb⁹ ſupradictis caſibus,dicti delinquentes ad reſtitutionem rerum furatarum,ſeu earum extimationē patienti dān. reſtituere teneātur, nec de carcerib⁹ relaſſentur,donec dño dictarum rerum integre fuerit ſatiſfactum. Et hoc non vendicet ſibi locum in quantum huiuſmodi delinquentes deberent ſuſpendi.

De pęna publicorum latronum,& de refectione furcarum. Cap. 14.

ITē ſtatuim⁹,ꝙ nemo de ciuitate Nuc. & eius deſtrictu aut aliunde audeat,vel p̄ſumat aliq̄ perſonā capere,vel p̄dari in ciuitate Nuce. vel eius deſtrictu,ꝙ ſi q̄ques fuerit cōtrafaciens,ſoluat cōi nomine,pęne ſi res q̄ de robbauerit fuerit valore x. lib. aut a x. lib. infra in 400. lib den. ſi fuerit pedes 200. lib. den. pro quolibet,& qualibet vice condēnetur. Et ſi plures fuerint dicta pęna multetur .ſ. q libet eorundē de robbātium. Si vero vltra dictum valorem vſq; in quantitatem 50. lib. de p̄datus fuerit, vel ſi aliqs aliq̄ perſonā fuerit depredatus,& violenter caperet,& duceret talis delinquens vnus, vel plures furcis ſuſpendatur, ita ꝙ moriatur. Si vero derobbatores fuerit ſtratarum,ſeu latrones ſimiliter furcis ſuſpendantur,ita ꝙ moriant̄. Et qcūq; tales robbatores,& latrones offenderent nulla, pęna puniatur imo in qualibet curia defendatur,& cōſeruetur in dēnis expenſis cōis. Et volumus ꝙ homines, tam de ciuitate, q̄ de villis Nuce. circumſtantibus ad locum vbi factā fuerit de robatio,vel cōmitteret̄ aliquod aliud malleficium enorme debeant ire,& ſuccurrere ad gridum,& malefactorem ſeq,& ſtudium,& operā dare, vt dictus malefactor,ſeu malefactores capiant̄,& capti deueniant īfortiā dicti cōis. Et ſi homines villarum,vel quarterii vbi talia fierent ad rumorem non venerint,ſiue traxerint, & iuxta poſſe non īpediuerint,ꝙ oīa dāna,& expenſas dicto tali de robbato debeant reſarcire,& nihilominus in 25. lib.den. cōi Nuce. condēnetur. Itē ſi aliqua perſona fuerit

derobbata

derobbata in aliqua villa,ſeu loco,vel factus fuerit inſultus contra aliq̃ perſonã cũ armis vel ſine armis per aliq̃m robbatim aĩo derobbandi,vel q̃ talẽ inſultatum vellet derobbare,& gridauerit dictus inſultatus,ꝙ ſibi ſuccurrat̃ per homines dicte contrade teneatur ſuccurrere iuxta poſſe,& ſi non ſuccurrerent puniat̃,pęna 25. lib. pro quolibet non ſuccurrente. Si enim villa,ſiue caſtrum proximorum,& proximiꝰ loco derobbationis nõ ſuccurrerent in 50. lib den. cõi Nuc.condẽnentur. Et expẽ patienti debeãt emendare Si q̃s aũt retinuerit aliq̃m in priuato carcere per ſpatium vnius diei, vel vltra, ꝙ capite puniat̃,ita ꝙ omnino moriatur dũmodo hęc detentio fiat cõtra voluntatẽ detẽti. Et hoc locum non habeat inter patrem fratres virum,& vxorem,& alios conſanguiñ retinẽtes vnus alterum cauſa correctionis,vel infirmitatis, excipimus cuſtodes carceris tabernarios hoſpitatores,q̃ poſſint ſubſtinere homines pro cibo,& potu,& cuſtodes portarum, & guardianos deuenti,& eos qui reducerent, & retinerent aliq̃ euntẽ ſine apodiſſa. Et paſſanderios reducentes, ſiue ſubſtinentes non ſoluentes paſſagium: Dũmodo dicti cuſtodes,& guardiani reaſſignent Cam̃. cõis q̃cquid reducerent: Dicimꝰ ꝙ ſi aliquis actẽtauerit aliq̃ perſonã capere cauſa ducendi ad aliq̃ partẽ violenter extra deſtrictũ Nuce. & ceperit,ſeu aliq̃m actum fecerit per q̃m poſſit p̃ſumi p̃dicta ꝑpetrare voluiſſe,vel aliquod p̃dictorum de die,vel de nocte,aut iuerit ad domum alicuius cauſa rapiendi, vel derobbandi aliq̃m,& inſortiã cõis deuenerit ſuſpendatur per gulã,ita ꝙ moriatur. Et nihilominus patienti dãnum debeat emendare: Et ſi ĩfortiã cõis nõ venerit ponat̃ in banno modo p̃dicto. Et ſi occaſione p̃dictorum gridaret̃ in aliqua villa,ſeu loco prope villã pro ſuccurſu,vniuerſitas ville propinquioris ſuccurrat,ꝙ ſi non fecerit ſoluat cõi, pęne nõine 50. lib den. Et ſuper p̃dictis poteſtas,iudex, vel vicarius poſſint,& debeant inquirere,& procedere per oẽm modum quo melius fieri põt. Volumus ẽt ꝙ ſi aliquis cõmitteret aliquod p̃dictorum malleficiorum.in valle Flodii, quę incipit a maieſtate, vſq; ad venas Clugiani: Et in valle ſanctę Agatę q̃ eſt Atriuio luctinii,vſq; ad dictas venas, vel in ſiluis circũſtantibꝰ.ꝙ ſuſpendatur per gulam,ita ꝙ moriatur,& pro pecunia aliqua redimi non poſſit. Statuimus ẽt ꝙ priores cõis Nuce. q̃ erunt de menſe Iunii,& Iulii pęna xl. lib. den. pro quolibet eorum,ſi fuerint negligentes teneantur fieri facere incapite vallis Flodii, & ĩ capite vallis .s. Agatę,& ĩ cõtrada collis arce furcas de ligno expẽ cõis.

¶ Vbi perſonales executiones fieri debeant,& de pẽ contra facientum Cap. 15.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝑ executiones perſonales fiant,& fieri debeant per officiales cõis Nuce. in infraſcriptis locis v3. ꝙ decapitatio, vel alicuius mẽbri Abſciſſio vel cõbuſtio,& ipſorum aliquod fiant,& fieri debeant.in mercatale cõis Nuc.ſito extra portam, & prope portã .s. Franciſci de Nuce. Suſpenſio aũt fiat,& fieri debeat, in colle Furcarum extra Nuce. Si quis aũt officialis in alio loco q̃ in p̃dictis p̃dicta, vel aliquod p̃dictorum facere actentauerit,vel executionẽ aliq̃ perſonalẽ fecerit,ſeu fieri mandauerit,aut permixerit ĩ aliis locis,q̃ in p̃dictis puniatur pro quolibet,&qualibet vice,ĩ mille lib. deñ cõi Nuce.applicandorum,ſaluo ꝙ q̃n aliqua derobbatio cõmicteret̃ ĩ valle Flodii,in valle .s. Agatę,& in cõtrada Collis arce,poſſit executio ꝑſonalis ibidẽ in locis p̃dictis fieri,pro vt in dictis proxime ſtatutorũ capitulis cõtinet̃,& alibi nõ ad pẽ p̃dictã.

De pœna comburentium domum. Cap. 16.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis,vel deſtrictus Nuce. ĩmixerit ignẽ doloſe,& appenſate in aliqua domo,vel cappanna ciuitatis,vel deſtrictus in qua habitaretur,tunc per aliq̃m ,ſeu aliquos,& ipſa domus,ſeu cappanna cõbureret̃ condẽnet̃ cõi Nuce. in Mille lib. den. nõine banni,& ĩ emendationẽ dãni patienti dictum dãnum. Quã pęnã,ſi non ſoluerit infra terminum x. dierum,a die latę ſñtię, ꝙ ducatur ad locum iuſtitię conſuetum,& ibi concremetur, ita ꝙ penitus moriatur, & ſi huiuſmodi dãnum datum fuerit in molendino ſoluat cõi Nuc. nõine banni cõmictens ipſum dãnũ 200. lib. den. & emendet dãnum patienti. Et ſi de bonis malefactoris non inueniretur, emendetur per bailiã propinquiorẽ loco dãni dati: Et ſi non dolo ſed caſualiter domũ, vel cappanã p̃dictam,vel molendinum cõbuſſerit ſoluat cõi nõine banni, 100. lib. den. Et emendet dãnum patienti,vt dictum eſt. Et ĩ oĩbꝰ p̃dictis caſibꝰ emendet dãnum oĩbꝰ

patientib⁹ occaſione dicti ignis: Et ſi in ipſa domo vel cappanna, ſeu molendino p̄ſona aliq̄ cōbureretur, & ipſe malefactor, vel malefactores in fortiā cōis deuenerīt ducantur ad locum iuſtitie, & conſuetum, & in igne mittantur, & cōburant̄ ita q̄ penit⁹ moriant̄, & de bonis ipſorum damnum patienti debeant emendari occaſione dicti ignis. Et ſi de bonis malefactorum huiuſmodi non inuenirentur vnde poſſit ſatisfieri dictum damnū, fiat ipſa ſatisfactio, mendatio, & huius extimatio damni iuxta formā ſtatutorū, in prima parte voluminis ſtatuti poſiti, ſub rubrica extimatorū damn̄ datorū, & notarii & eorum electione. Et ſi dicta dom⁹, vel capanna q̄ cōburreretur eſſet habitata ſoluat cōi nōine banni, 100. lib. den. ſi doloſe fecerit. Et ſi caſualiter hoc fecerit ſoluat nōine banni cōi Nuc. 50. lib. den. & ſemper dānum emendet patieti occaſione dicti ognis, vt dictū eſt.

De pœna frangentium domum, vel Cappannam. Cap. 17.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, q̄ ſi aliqua perſona noctis t̄pe ſi egerit, ſeu furtiue ītrauerit aliq̄ domum, in ciuitate Nuce. in 100. lib. den. cōi Nuce. cōdemnetur, & ſi fuerit de die in 50. lib. condēnet̄ cōi Nuce. Et ſi fuerit in diſtrictu Nuce. extra ciuitatē, & fuerit domus, ſeu cappanna, q̄ habitaretur, ſi fuerit de nocte ſoluat cōi Nuc. malefactor 150. lib. den. Si aūt de die fuerit in medietate dicte pene cōdānetur. Si vero fuerit domus, vel cappanna in habitata, & fuerit de nocte, in 20. lib. den. condemnet̄, Si vero de die in .x. lib. den. condenetur. Et ſi ex p̄dictis domib⁹, vel cappanna, vel aliqua ipſarum aliquod acceperit procedatur contra eū in perſonā, & rebus ſicut ſupra īcapitulo de furto continet̄. Et hęc oīa habeant locum q̄n intraret dictas domus, vel cappañ cōtra voluntatē dñi eorundē. Et pōtas, iudex, vel vicarius poſſint, & debeant cōtra p̄dictos inqrere, & inuenire per oēm modum, quo melius fieri poterit. Et huius malefactorē punire & condēnarē, vt dictum eſt: Contra forenſes vero, q in p̄dictis, vel aliquo p̄dictorū deliquerit banna pecuniaria duplicentur. Qòd ſi bānum non ſoluerit infra .x. dies, a die latę ſñtię ambo ſui oculi de capite extrahantur, itaquòd de cętero lum̄ non videant. Si vero in fortiā cōis non venerint īdicta ciuitate, vel deſtrictu perpetuo remaneant exbānitus. Et ſēper malefactor patienti dānum debeat emendare. Itē ſi q̄s acceperit paleas, ſeu fenum de paleatri, ſeu de meta alterius, vel de cappanna vel de domo alterius ſine licentia dñi cuius fuerit, vel ſine licentia de mandato cuius fuerit, vel ſine priorū cōis, vel inde acceperit de correntes, vel aſſides, ſi fuerit de die in .x. lib. den. cōi Nuce. condēn̄ & emendet dānum patienti. Itē dicimus q̄ ſtetur ſacramento perdētis, & accaſītis vſq; in quantitatē 20. ſol. & dānum ſibi debeat emendare. Et ſi non inuenirentur dannum dantes. q̄ habitatores eius domorū proximorum loco dāni dati dānum patient debeāt emendare quantacūq; fuerit, vſq; in quantitate 20. ſol. & a 20. vero ſol. ſupra vſq; īquātitatē 3. lib. debeāt emendari per .x. domos proximiores loco dāni dati, & de 4. lib. & ab inde ſupra emendet̄ per bailiā, & idē per oīa dicimus obſeruañ in quarteriis. Et ſi tales habitantes vellent dicere malefactorē, ſiue malefactores, & per publicā famā eum aſſignarent q̄ aſſignatus dicto modo debeat condēnari, & dānum paſſo debeat emendare Et tunc dicti conuicini & hōies de bailiis, & quarteriis ad vllā pęnā, nec emen̄. teneant̄.

De pœna cōmittentium peccatum Subdomiticum. Cap. 18.

ITē ſtatuimus, q̄ null⁹ maior 25. annis audeat, vel p̄ſumat cōmictere illud deteſtabile, & enorme peccatum Sodomiticum v3. cognoſcendo carnaliter aliq̄m puerū cuiuſcūq; etatis ſit, pęna tali contrafacienti, ſi per vim, & violentiā hoc fecerint 50. lib. den. cōi Nuce. applicañ. Si aūt non per vim, ſed voluntarie cognoſceret aliq̄m maiorem 14 annis, tam agens, q̄ patiens puniat̄ pęna p̄dicta. Et ſi agens fuerit minor 25. annis maior tñ 14. annorum puniatur indimidiā dictę pęne. Et q̄ indicta pęna non gaudeat aliquo beneficio de beneficiis contentis, in volumine dictorum ſtatutorum. Et ſi dictā pęnā nō ſoluerit infra x. dies, a die latę ſñtię, & eſſet, vel deueniret in fortiā cōis tunc ducatur ad locum iuſtitię conſuetum, & ſubiciatur igni, & cōburatur, ita q̄ moriatur omnino.

De pœna violantis Muros ciuitatis, vel alterius Caſtri. Cap. 19.

ITē ſtatuimus, & ordinamus, q̄ nemo audeat, vel p̄ſumat ſine licentia D. Priorum, ciuitatis Nuce. q pro t̄pe fuerint violare, aut quouis modo exire muros ciuitatis Nuc.

vel

vel alicuius caſtri dictæ ciuitatis,& eius deſtrictus per alium locum p̄terq̄ per portas di-
ctę ciuitatis,& caſtri,& q contrafecerit ſoluat cōi nomine banni 200. lib. den pro qua
libet vice. Si qs aūt abſq; licentia D. Priorum,vt dictum eſt ſupra,dictam ciuitatē, aut
aliquod caſtrum ipſius ciuitatis deſtrictus intrauerit per alium locū,ꝙ per portas aptas,
pęna capitis puniatur,ita ꝙ omnino moriaẽ. Si vero violauerit,vel aggreſſus fuerit , vel
intrauerit ſtecchatum,vel ſtecchata dictę ciuitatis vel caſtrorum , vel fortellitiorū ipſiꝰ
p alium locum q̄ per locū recti itroitus dicti ſteccati ſoluat cōi nōine banni 100. lib.

De pœna frangentium Carceres Cōis. Cap. 20.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ quicūq; fuerit detentus in carcere dicti cōis, aut alio lo
co ad mandatum officialium dicti cōis aut alteriꝰ ipſorum quacūq; de cauſa, & exide
q fugerit,vel exierit abſq; licentia priorum,& officialium cuſtodum dicti carceris con-
dēnetur cōi Nuc. pęne nōine induplo eius,quo fuerit detentus. Et ſimili pęna puniatur
q fregerit , aut q frangi fecerit dictum carcerē. Et ꝙ poteſtas,iudex,vel vicarius nō au
deat,vel p̄ſumat aliq̄m ciuem,vel deſtriualē carcerare,vel carcerari facere,niſi in carce
re publico cōis,nec in ipſo carcere ante formatum proceſſum occaſione alicuius priuati
criminis,niſi primo contra eundē accuſatū fuerit oblata accuſatio,vel formata inqſitio
& ſucceſſiue proceſſum ſuper dictis accuſatione.& iqſitione contra dictum accuſatum,
vel inqſitum ſecundum formā ſtatutorum dicti cōis: Reum vero publici criminis,vel d̄
tali crimine diffamatꝰ de facto poſſit ipſum capere,& capi facere,& poni,& detineri in-
carcere publico ſupradicto. Et ſi contra p̄dicta fecerit ſoluat cōi p̄dicto nōine pęne , &
& banni 100. lib. den. pro quolibet,& qualibet vice cōi Nuce. applicañ. Et ſi idem po-
teſtas,iudex,vel vicarius reciperet aliq̄m captiuum,& reum alicuius criminis,vel occa-
ſione alicuius debiti ſub ſui,& famulorum ſuorum cuſtodia,teneatur,& debeat ipſe po/
teſtas,iudex,vel vicarius eundem vnum,vel plures reaſſignare cōi Nuce. vel alteri offi-
ciali ad cuius petitionē ipſe pōtas,iudex,vel vicarius eundē detinere ſemper , & q̄cūq;
a dicto cōi,vel officialibus ipſius,aut altero ad cuiꝰ petitionē deteptus eſſet ipſe carcera
tus,ſeu detentus fuerit reqſitus,vel reqſiti: Quòd ſi non fecerit,vel non fecerint,puniaẽ
qlibet contrafaciens,ea pęna qua puniri deberet ipſe carceratus,ſeu detentus,& ſi pęna
ipſius captiui,ſeu detenti eſſet perſonalis,& ipſe detentus,ſeu carceratus eſſet detentus,
ſeu carceratus ad petitionē cōis Nuce. vel officialium ipſius cōis,in mille lib. den. cor/
tonenſium dandum,& ſolueñ Cam̃ cōis Nuce. pro ipſo cōi recip. contra faciens, p̄ quo
libet,& qualibet vice debeat condēnari ſi non reaſſignauerit,vt dictum eſt.

De pœna occupantis aliquod Caſtrum Cōis. Cap. 21.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nulla perſona terrigena,vel foreñ. audeat, vel p̄ſumat
tenere apprehendere,vel occupare aliquod Caſtrum,vel fortillitiā cōis Nuce. vel ali
qua caſtra,vel fortillitias alicuius ſpetialis perſone,& contra dictum cōe retinere,immo
ipſum,vel ipſa,ſeu ipſas teneatur conſignare poteſtati,vel prioribꝰ cōis Nuce.ad petitio
nem ipſius poteſtatis,vel priorum,& ipſum,vel ipſa,ſeu ipſas debeat cōſignare poteſtati
vel prioribus cōis Nuce. ad petitionē ipſius poteſtatis,vel priorum,& ipſum vel ipſa,ſeu
ipſas alicui cōmunantie,ſeu ſpeciali perſone non tradere debeat,& ſi contra fecerit fur-
ca figatur,& ſuſpendaẽ per gulam,ita ꝙ moriaẽ & ſi in fortiam cōmunis p̄dicti non ve/
nerit perpetuo remaneat exbanditus in dicta pena. Et pro pecunia redimi non poſſit,&
in palatio dictis cōis pingatur. Et ꝙ nulla perſona audeat,vel p̄ſumat ire , vel aſſotiare
aliquem ad offendendum,ſeu iniuriandum aliq̄ perſonam extra deſtrictū nuce. ſine ſpe
ciali licentia D. Priorum q pro tpe erunt,pena 100. lib. pro quolibet,& qualibet vice.

De pœna occupantis aliq̄ Ciuitatem Caſtrum,vel communantiam. Cap. 22

ITem ſtatuimus ꝙ nullus audeat,vel p̄ſumat a ſe ipſo,vel ad petionem alicuiꝰ perſonæ
ire ad capiendum,vel ad inuadendum aliq̄ ciuitatē,caſtrum,vel cōmunantiā, ſine li-
centia,& mandato,& abſq; deliberatione totius Conſilii dictę ciuitatis, & q contrafe-
cerit ſoluat cōi nomine pęne,pro qualibet vice 100. lib. den. cōi nuce.applicandorum,
& eadem pœna ſit mictenti,q̄ pœnam ſi non ſoluerit infra .x. dies ,a die latæ ſn̄tiæ, eius
manus deſtra ſepareẽ, & āputeẽ a brachio talis delinq̄ntis,ita ꝙ a brachio ſit abſciſa.

40

De pœna dicentis alicui verba iniurioſa. Cap. 23.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliquis dixerit alicui verba iniurioſa .ſ. reuaglioſum furem, homicidam, vel aliud verbum ſimile traditorē recredentē, vel huiuſmodi ſoluat cōi nomine, pęne 50. lib. den. pro quolibet dictorum verborum,& qualibet vice. Et ſi dixerit notario tues falſus, vel falſum ſcripſiſti eadē pęna multet̄. Si aūt contra aliā perſonam puniatur in 25. lib. den. Si aūt dixerit ſozza puttana, vel aliquid aliud ſimile vel maledicta ſit illa q̄ te genuit, vel hui⁹ ſimile dixerit, ſoluat cōi nomine banni, ꝓquolibet,& qualibet vice 40. ſol. den. Et q̄cumq; dixerit alicui tu mētiris, condēnetur ī 40. ſol. & ſi dixerit non eſt verum nulla ,pena puniatur. Et ſi dixerit alicui infaciatum dicēs non fui, vel non ſum ille q interfecit patrem tuum, vel matrem, vel alium ſibi coniunctū per lineā aſcendentē, vel deſcendentem vſq; in tertium gradum, vel diceret nō ſum, vel fui ille q cognouit carnaliter vxorē tuā, vel ſororem, ſeu aliam ſibi coniunctam perſonā vſq; in dictum gradum, vel aliud verbum īiurioſum, quod poſſit poteſtas modo aliquo adactare condemnetur pro quolibet,& qualibet vice, in 50. lib.den. Si vero dixerit amgaiale in 40. ſol.comuni nuce.condēnetur. Si vero dixerit alicui aliquod aliud verbum in iurioſum q̄ de prædictis ſoluat cumuni nomine banni 20. ſol. den.

De pœna perhibentis falſum teſtimonium Cap. 24.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona perhibuerit falſum teſtimonium, tam contra cōe, q̄ contra ſpetiales perſonas ipſius cōis nuce. ſuper aliqua queſtione ciuili vel criminali teſtificando falſum teſtimonium in 100. lib. den. cōi nuce. condemnetur Quam condēnationē ſi ſoluere noluerit, vel non potuerit infra .x. dies, a die latæ ſeñtiæ numerandos eius lingua ſibi debeat amputari. Et illi contra quem falſum teſtimonium dixerit dānum & expenſas debeat totaliter emendare. Et idem dicimus obſeruandum contra illum, q talē teſtem produxerit inteſtimonium perhibendum, ꝙ p̄dicta pena puniat̄. Itē volumus ꝙ ſi q s f cerit ſiue ſcripſerit falſum inſtrumentum, ſiue falſam ſcripturā ꝙ tam faciens q̄ fieri faciens puniat̄ in 200. lib den. pro quolibet,& qualibet vice. Quā pœnā ſi non ſoluerint infra x. dies poſt q̄ fuerint condemnati manus vtriuſq; ipſorum dext̄ ſibi amputetur, ita ꝙ abrachio pęnitus ſeparetur. Et poteſtas, iudex, vel vicarius debeant vinculo iuramenti de p̄dictis inq̄rere cum inditiis,& omni modo, & iure quibus melius poteſt,& ad tormenta procedere, ſi eis videbirur conuenire. Et vltra dictā pęnā volumus quòd tales delinq̄ntes debeant mitriari pęna poteſtati,& eius officialib⁹ contrafacientib⁹ 200. lib. den. communi nuce. applicandorum.

De pœna fabricantis, vel expendentis falſam monetam. Cap. 25.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ad euitandum omnē materiā falſitatis precipue in moneta. ꝙ q̄cumq; fecerit, vel fabricauerit, ſeu fabricari fecerit, vel ſcienter emerit, vel expēdiderit, ſiue expendi fecerit falſam monetam ꝙ fabricans,& fabricari faciens,& q̄libet eorum igne crementur, ita ꝙ moriatur: Et ꝙ ꝓ pecunia redimi non poſſint: Emēs vero & expendens ſcienter ipſam falſam monetā, vſq. in quantitatē x. ſol.condemnetur in x. lib.den. Si vero vſq; in quantitatē 20. ſol. condēnetur in 25. lib. den. Si vero vſq; in quantitatem 100. ſol. condēnetur in 100. lib. den. ab inde vero ſupra uſq; in quantitatē 25. lib. condēnetur in 200. lib. den. a 25. lib. ſupra igne crementur, ita ꝙ moriat̄. Et domus ubi fabricata eſſet, ſeu fabricaretur dicta moneta publicetur cōi,& diruat̄ uſq; in fundament.& ab aliquo t̄pe uendi, nec ibi edificari poſſit,& in oīb⁹ & ſingulis caſibus ſupradictis talis delinquens debeat mitriari,& ꝙ poteſtas & ſui officiales poſſint de p̄dictis inq̄rere ex ſuo officio non t̄ñ poſſint cogere, nec ad tormenta ponere, niſi p̄cedentib⁹ inditiis legitimis de q b⁹ debeant ſemper conferre cum priorib⁹ q pro tempore erunt ſiue fuerint, pœna poteſtati 30. lib. den. de ſuo ſalario cōi nuce. applicandorum, iudici 100. lib. Et cuilibet notario 25. lib. Si contrafecerint in p̄dictis,& alter eorum proceſſ. non ualeat nec teneat.

De pœna cognoſcētiū aliq̄ mulierē ꝑ uim,& q,& q̄n poſſit accuſari de hiis Cap. 26.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nulla perſona audeat, uel p̄ſumat facere uiolentiam alicui mulieri, cauſa cognoſcendi eam carnaliter, & q contrafecerit ſi dicta mulier

fuerit nupta uirgo,uel uidua honeſte uiuens,uel monacha,ſeu recluſa in aliquo monaſterio bone conditionis & fame, ac vite,& peruenerit cum eam ad actum carnalem ,& fuerit abſq; ipſius mulieris voluntate,pęna legali plectatur,& ſi per eum non ſteterit, tñ eã non cognouerit carnaliter in 200. lib. den. cõi Nuce. condẽnetur. Et ſi alia mulier q̃ honeſte vite,& bonæ conditionis & fame,& cum ea venerit ad actum carnalẽ i 100. lib. den. cõi Nuce. condẽnetur. Et ſi ad dictũ actum carnalẽ non peruenerit cum ea dẽ, ſed per eum non ſteterit in 25. lib. den. condẽnet̃,cõi Nuce. Et ad probandũ ſibi violentiã fore factã : volumus ꝙ admictantur teſtes domeſtici familiares, vel conſanguinei ipſius mulieris, vſq; in tertiũ gradum. Et ſi aliq̃s aliq̃ virginẽ,vel viduã,vel mulierẽ nuptã, vel monialem, vel aliam quamcumq; mulierem honeſte viuentem,& bone condi tionis,& famæ ſubtraxerit ad dictum actum,& eam duxerit ad aliq̃ terram,vel ad q̃mcũq; alium locum, in mille lib. den. dicto cõi condẽnetur. Et ipſa mulier ſimili pęna puniat̃. Et ſi ad actum carnalem peruenerit,& violentiam fecerit vt dictum eſt dicta pena puniatur. Si vero foreſes talia cõmicterent duplicent̃ ei pena & banna. Si vero aliq̃s ciuis cum aliqua p̄dictarum mulierum adulterium cõmixerit,& eam carnaliter cognouerit,& fuerit de voluntate p̄dicte mulieris talis comictens maleficiũ p̄dictum, in 100. lib den. condẽnet̃ & in eadẽ pęna mulier ſimiliter condẽnetur. Quã confeſſionẽ facere debeat ipſa mulier corã poteſtate,& priorib⁹ cõis. Et illam mulierem intelligimus ſponte cõmiſiſſe p̄dicta q̃ non ſe griaſſe probauerit,& ſibi violentiam fore factam. Si vero forenſis fuerit, cõmictens delictum p̄dictum, duplicet̃ contra eum dictum bannum. Mulier vero q̃ ſpõte tale maleficium commiſſerit perdat dotes ſuas,& ipſe dotes vigore p̄ntis capituli ſint & eſſe debeant ſui viri,pro medietate,pro alia medietate ſit cõis Nuce. p̄dicti. Si vero non habuerit dotes,& forenſ. fuerit mulier,per totã ciuitatẽ Nuce. fruſtiget̃ cum virgis & expellat̃ perpetuo de ciuitate,& deſtrictu Nuce. Dicimus tñ ſi ille q̃ p̄dicta cõmixerit eam ceperit infra x. dies,poſt delictum cõmiſſum,cõputandos in vxorẽ, & fuerit in concordia de matrimonio contrahendo, ad dictã pęnã minime teneat̃ : Et dicimus ꝙ null⁹ poſſit denunptiare,& accuſare aliq̃m cõmittentẽ p̄dicta, ſeu contrafaciẽ in p̄dictis niſi ipſa mulier pater,vel ſoror,maritus,frater,vel alius propinquus,vſq; in quartum gradum Qui tales poſſit denunptiare,& accuſare infra vnum menſem,a die ſciẽtie dicti cõmiſſi adulterii,ſeu violentie. Et ſi poſt dictum menſem accuſarent non voleant eorum accuſationes,vel denũptiationes. Et ſi dicti conſanguinei accuſarent vel denunptarent poſt dictum menſem,vt dictum eſt,poteſtas,iudex,vel alius officialis ſuper tali accuſa,& denũptiatione non ꝓcedant. Itẽ ſiq̃s acceperit in vxorẽ aliq̃ mulierem cuiuſcũq; conditionis exiſtat,ſine p̄ntia,& conſenſu patris,matris,vel fratris ſi habebit, vel aliorũ proximiorum cõſanguineorum ſi habebit,vel affinium ſi habebit,vel tutoris, vel curatoris inquantũ non haberet ſupradictos puniat̃ in 100. lib. den. cõi Nuce. applicandorũ. Itẽ dicimus ꝙ de p̄dictis,vel aliquo ipſorum per poteſtatẽ, Iudicem vel vicariũ,vel per alios ꝓcedi non poſſit,nec debeat per inq̃ſitionẽ,niſi solũmodo per accuſationem p̄dictorũ, vel alrerius ipſorum conſanguineorũ & ſi inq̃reret̃ condẽnari non poſſit mõ aliquo,niſi ꝓceſſerit de voluntate delinq̃ntis. Itẽ dicim⁹ ꝙ ſi aliq̃s haberet acceſſum ad aliq̃ mulierem quæ eſſet vilis,& deiecta ꝑſona,& palam ſe proſtrauerit nulla pena puniatur.

De beneficio conceſſo per pacẽ,& cõfeſſionẽ,& ſolutionem. Cap. 27.

ITẽ ſtatuimus,dicimus,& ordinamus ꝙ quotienſcũq; pro aliquo maleficio contra aliq̃m, procederetur ſuper aliquo crimine,vel delicto,vel dãno dato ex quo eſſet, pęna pecuniaria ĩponenda principaliter,vel ſecundario,& ille talis reus in ſua prima cõparitione,ſeu excuſatione fuerit confeſſus delictum,vel crimen de quo eſſet accuſatus,denũptiatus,vel inq̃ſitus,vel aliq̃ partem ipſi⁹ confeſſionis fecerit ĩ iudicio mitiget̃ ſibi, pęna de eo de quo deberet condẽnari de quarta parte,ita ꝙ ſoluat dicto cõi tres partes tm̃ ſue condẽnationis,vel banni. Si aũt habuerit pacem ab offenſo infra 15. dies,a die excuſationis cõputandos. Et inſtrumẽtum publicum dicte pacis produxerit infra tertiã diem a die dicte pacis connumerandã corã poteſtate,vel ei⁹ curia mitiget̃, & detrahat̃ de eo de quo deberet condẽnari quarta pars,ſiue condẽnationis,ꝙ ſoluat dicto cõi,ſolũmodo

41 v

tres partes dicte condẽnationis: Si aũt dictã condẽnationem ſoluerit cum effectu camũ. dicti cõis, infra .x. dies a die latę ſñtię cõputandos mitiget̃ ſibi pęna, & condẽnatio ſua huiuſmodi pro quarta parte, ita ꝙ tres partes dicte condẽnationis deueniant in cõi. Si aũt habuerit beneficium confeſſionis, & pacis, vel ſolutionis, & pacis, vel confeſſionis, & ſolutionis, aut duo ex ipſis mitiget̃ ei pœna pro duabus partibꝰ, ita ꝙ non ſoluat niſi medietatem eius quo deberet condẽnari. Si aũt habuerit oĩa iſta tria beneficia detrahant̃ ei tres partes condẽnationis, ita ꝙ non ſoluat niſi quartã partẽ eius quo condẽnari deberet. Saluo ꝙ dicta beneficia, vel aliquod ipſorum non habeãt locũ vbi ex delicto de quo ꝓcederet̃, pęna aſcenderet ad quantitatẽ 20. ſol. tm̃ & a 20. ſol. infra forenſes aũt nolumus, ꝙ ipſi gaudeant, niſi beneficio confeſſionis tm̃, & non aliis, aut aliquo alio.

De pœna & bannimentis duplicandis in Maleficiis Cap. 28.

Item ſtatuimus ordinamus

ITẽ ſtatuimus ꝙ pœna, & banna in maleficiis cõmiſſis duplicent̃ in locis, & tpibꝰ infraſcriptis v3. quatuor diebꝰ anteſeſtum ſanctę Mariæ de Auguſto ĩ die feſti, & quatuor diebus poſt ipſum feſtum, vel in quacũq; eccleſia ciuitatis, & deſtrictus Nuce. vel quãdo iretur cum aliquo defuncto. Itẽ in feſtiuitatibꝰ ſancti Rainaldi, & ſancti Feliciſſimi, ĩ die Veneris ſancti. In feſto Natiuitatis Dñi, in feſtiuitatibꝰ Paſqualibꝰ reſurrectionis Dñi, Pentecoſtes, & Epifanię, in feſto .s. Angeli michaelis, & in via qñ itur ad dictum feſtum Itẽ in forum diei Mercurii, & dum venirent dicto die homines ad forum. Itẽ in platea, & in palatio cõis, & ad pontẽ Parrani eundo per viã qua itur ad ſanctã Mariã Anglorũ, in die ante ipſum feſtum ſanctæ Mariæ Angelorum die ipſius feſti, & die poſt ipſum feſtũ Itẽ duplicantur pœna, & banna illi q̄ fecerit violentiã mulieribꝰ per dictum iter ſanctæ Mariæ Angelorum. Itẽ duplicentur pœna, & banna noctis tpe, & noctis tps intelligatur ab occaſu ſolis de ſero, vſq; ad ortum ſolis de mane. Itẽ ſub logia palatii vbi ius reddit̃. Itẽ in ſtrata publica burgi a Cãnonica vſq; ad portã mercatalis, q̃ dicit̃ porta noua. Et ẽt duplicentur in qualibet ſtrata a platea vſq; ad portas ſingulas dicte ciuitatis eundo, ad ipſas portas recta via qñ ipſe porte eſſent aperte, & ẽt eũdo recta via a dicta platea, vſq; ad maieſtatẽ Puccitti Martini, & vſq; ad locum q̄ dicit̃ Carceres. Itẽ duplicent̃ pene cuicumq; offenderet verbo, vel facto poteſtatem, iudicem, notarium põtis curiã, & alios officiales foreñ dicti cõis, & familiares dicti D. Poteſtatis. Item duplicent̃ pene coram poteſtate, prioribus, iudice, vel vicario ipſius poteſtatis cõis Nuc. Item duplicentur pœne & banna qnque diebꝰ ante exitum cuiuſcunq; poteſtatis. Et volumus ꝙ pœna ſemel duplicata non dum duplicetur vltra.

Qui habeantur pro forenſibus in Maleficiis. Cap. 29.

Qui habeantur pro forenſibus

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ oẽs forenſes q̄ habitauerint in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. a x. annis citra continue per ipſum tẽpus fecerit cuſtodiam in dicta ciuitate, vt alii ciues, vel per partem ipſius temporis habeantur, & intelligantur pro ciuibꝰ dictæ ciuitatis, & hoc quo ad penas criminales, & in criminalibus cauſis, & aliis delictis, & in maleficiis tractentur, & habeantur pro ciuibus Nuce.

¶ Quomodo & quando conuictꝰ de malleficio tormentet̃, & citet̃ ad hoc Cap. 30.

ITem ſtatuimus ꝙ ſi aliqs fuerit accuſatus, vel denunptiatus per aliq̃ perſonã corã curia cõis Nuce. vel contra eum procederetur per inqſitionẽ ex officio curie, & contra eum probatum fuerit per inditia, vel aliã probationem ſufficientẽ per formã alicuius capituli huius voluminis, ꝙ talem conuictum debeat citari ad tormentandum, ſiue ad tormenta. Et ſibi aſſignetur terminus ꝙ veniat corã dicta curia ad confitendum ſuum maleficium, & ſi non venerit in termino ſibi aſſignato quòd habeatur pro confeſſo de dicto maleficio de quo eſſet inculpatus.

Quòd Poteſtas non poſſit aliq̃m tormentare niſi in carcere, vel palatio Cap. 31.

ITem ſtatuimus pñti lege vt freni tpis officialibꝰ ĩponatur, ꝙ ſi aliqua perſona ratione maleficii, vel exceſſus tormentari deberet de iure, ꝙ poteſtas, iudex, vel vicariꝰ, & ſui officiales familiares non poſſint, nec debeant aliq̃ perſonã ponere ad tormenta, uel fieri aliquod genus tormentorum directe, uel per obliquũ, niſi ſolũmodo in palatio nouo dicti cõis de platea, & non alibi ubi debeat eſſe funiculũ, & birreta, & non alibi. Et ꝓdicta

poteſtas

poteſtas, iudex, uel uicarius, uel alius ipſorum, & ſui officiales, & familiares poſſit facere
le. itune p̄cedentib⁹ inditiis, & aliter non. Et proceſſus facti ratione torturę, & cōceſſio
tormentati, vel tormentandi debeat ſcribi per notariū maleficiorum ad bancum iuris,
& non alibi, & p̄ñs capitulū ſit p̄ciſum. Volumus ēt ꝙ nulla perſona de ciuitate, vel de-
ſtrictu Nuce. maſculus, vel femina occaſione alicuius maleficii, vel exceſſus, ſeu alia qua
cūq; occaſione poſſit cogi, vel detineri in Roccha, vel alibi, niſi tantum in dicto palatio
vel in carcere dicti cōis, ſine licentia priorum dicti cōis, ſub infraſcripta pęna pro quali-
bet perſona, & qualibet vice. Et pōtas, iudex, vel vicarius teneanť p̄dicta obſeruare: &
obſeruari facere, per ſuos officiales, & familiares pena eis, & cuilibet eorum 200. lib. den.
ꝓ quolibet tormentato aliter, vel alibi pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit ꝑ di/
ctos officiales, vel alium ipſorum in aliquo p̄dictorum. Et ꝙ ad p̄dicta ꝓbādum ſufficiat
dictum vnius teſtis de viſu, ſiue quatuor de publica fama cū ſacramento dicti tormētati.

De pœna iniuriantium, ſeu percutientium Priores, & alios officiales Cap. 32.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ q̄cūq; verba iniurioſa dixerit gridauerit, & rumorē
fecerit contra priores, & alios officiales contentos in p̄ñti capitulo ratione eorum, vel
alterius ipſorum officio iniurioſe, irato animo, & malo modo condēnetur in 25. lib deñ.
Et ſi percuſſerit aliq̄m dictorum priorū durante ſuo officio cum armis, vel cū manu, ſeu
pede in aliqua parte ſupradicti prioris, & ſanguis exiuerit condēneť cōi Nuce. in 400.
lib. den. Quā condēnationem ſi non ſoluerit infra .x. dies, a die condēnationis latæ cō-
putandos, manus deſtra a buſto ſibi debeat āputari, & nullum poſſit habere beneficium
delinq̄ns, niſi beneficium pacis, & nullum officium in cōi habeat in futurum. Et ſi percu-
terit aliq̄m Capitaneorū, quarteriorū, vel bailiarum puniať pęna dupli, eius quo puniri
deberet per formā alicuius capituli ſtatuti loq̄ntis de offenſa per eum cōmiſſa ī perſonā
alicui⁹ extranei ſi cōmittereť. Et ſiq̄s offenderet aliquē ex priorib⁹ ſine ſanguinis effuſiōe
puniať delinquens ī quatruplo conſiderato debito. Et ſiq̄s offenderet aliquē de priorib⁹
poſt depoſitiones ſui officii per annum ꝓxime ſecuturum, puniať in duplo eius quanti-
tatis, qua puniri deberet per formā alicuius ſtatuti, ſi alium Nucerinum offendiſſet.

De pœna turbantis aliquem in poſſeſſione. Cap. 33.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona moleſtauerit, ſeu turbauerit aliq̄m
in poſſeſſione alicuius ſue rei laborando, zappando, incidendo, vel violenter ītrando
contra voluntatē poſſeſſoris, vel quocūq; alio mō clā, vel per violentiam, ſi tenuta, ſiue
poſſeſſio rei turbate fuerit valoris x. ſol. ſoluat cōi nomine banni 20. ſol. Si vero a x. ſol.
ſupra vſq; ad 100. ſoluat cōi x. lib. Et ſi a 100. ſol. ſupra vſq; .x. lib. ſoluat cōi nomine
banni 20. lib. den. Et ſi a .x. lib. cuiuſcūq; valoris exiſtat, condēnetur in 25. lib. den. di-
cto cōi. Et totidē dicto dño rei, & ſi in aliquo caſuum p̄dictorum inter intrantē, vel tur-
bantē, & priorē poſſeſſorē rei turbate, vel inq̄etate exorta fuerit q̄ſtio, & controuerſia,
volum⁹ ꝙ ſufficiat dicto priori poſſeſſori ſolum probare ſe poſſediſſe rem p̄dictā pānum
ante tēpus intrationis, & turbationis p̄dicte pacifice, & q̄ete rē ſe dum ꝓbare teneatur
rei p̄dicte. Et illud idem dicim⁹ obſeruandum ſi alicui data fuerit tenuta auctoritate cu-
rie dicti cōis, & in ipſa fuerit turbatus, vel moleſtat⁹. Et ꝙ turbans ad relaſationē rei tur
bate, & ad reſeruationē proprietatis cuius eſt, & in expenſis legitimis debeat condēnari.
Dicimus tñ ꝙ ſiq̄s fuerit denūptiat⁹ accuſat⁹, vel īq̄ſitus ex cauſis p̄dictis, vel aliqua earū,
& voluerit ſponte ante litē conteſtatā renunptiare poſſeſſioni, de qua accuſatus eſſet de-
nunptiatus vel inq̄ſitus, & ipſam litem relapſauerit, ꝙ iſte talis non cōdēneť de turbata
poſſeſſione, ſed tm̄ in 100. ſol. den. peruſinorum paruorum, & nullo beneficio gaudeat.
Siq̄s aūt accuſauerit aliq̄m in aliquo ſupradictorum caſuum, & ante publicationē ꝓceſ
ſus cōparuerit corā iudice dicti cōis, & petierit abbolitionē ſupradicte accuſe, & ſoluerit
cū effectu cam̄ dicti cōis, quartam partem pęne, in qua deberet condemnari talis accu-
ſatus ab eo dicto communi tm̄, & apodiſſam dicte ſolutionis coram dicto iudice præſen-
tauerit, quòd poteſtas, iudex, vel vicarius teneatur, & debeat pronunptiare non eſſe vl-
terius procedendum ſuper accuſa prædicta.

42 v

¶ Quòd laboratores non grauentur, nec operarii, ſed dñi eorũ conducentes Cap. 34.

ITem ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua perſona accuſata fuerit de turbatione poſſeſſionis alicuius rei, vel de ingreſſu ipſi⁹ poſſeſſionis talis accuſatus dicat ſe hoc feciſſe tanq̃ laborator alicuius, vel conductus ab eo cuius rem eſſe credebatur re q̃rat̃ ipſe locator, vel dñs, & ſi ſponte confeſſus fuerit, ſe mandaſſe illi laboratori, ꝙ intraret & laboraret, vel dixerit rẽ ſuam eſſe, tunc teneatur ipſe non laborator ad omnem penam, qua deberet puniri ipſe laborator, vel condemnari ſi iuſte defendere nequeat.

De pœna euntium poſt tertium ſonum campane. Cap. 35.

ITtem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nulla perſona tã terrigena q̃ forenſis vadat de nocte poſt tertium ſonum cãpanę, q̃ pulſat̃ de ſero vſq; ad ſonum cãpanę, q̃ pulſat̃ de mane, occaſione diei per ciuitatẽ Nuce. vel burgos ipſius: Et q. contrafecerit ſi terrigena fuerit condẽnet̃ in 40. ſol. den. Si vero forenſis fuerit, ſoluat cõi nomine pęne, ĩ 100. ſol. den. & ſtetur ſacramento cuſtodum dũmodo aſſignet̃ locum in quo inuentus fuerit ĩ eorum denuntiatione. Et ſi q̃s inuentus fuerit ante domum ſuam, ſeu in qua habitaret, vel ante camerã, in qua faceret aliq̃ artem, vel prope per tres domos, ꝙ ſi q̃s inuent⁹ fuerit ad bannum ꝑdictum minime teneat̃: Et ſi cuſtos q. denunptiauerit fuerit inimicus accuſati ei⁹ denunptiatio non valeat niſi cũ vno teſte probetur, vel cum vno ſotio, cum quo eum inuenerit. Et talis denunptiatio fiat ſequenti die proxima poſt inuentionẽ: Et aliter non valeat hoc tm̃ ſaluo ꝙ ſi alicui perſone fuerit neceſſe ire per ciuitatẽ Nuce. poſt tertium ſonum cãpane pro aliquo ſacerdote, vel medico occaſione alicuius infirmitatis, vel mulieris laborantis in partu, vel pro aliquo mareſcalco occaſione alicui⁹ beſtie, vel ſi aliqua perſona iret ad furnum, vel veniret a furno, vel ſi eſſet alicui per nõt. cuſtodiẽ, ꝙ faceret cuſtodiã, aut ſi alicui per procuratores eſſet in iunctum, vt ſurgeret in nocte ad cuſtodiẽdum, vel videndum qualiter cuſtodes cuſtodiuntur, vel alia quacumq; non teneatur ad pęnam de q̃b⁹ omnibus ſtetur dicto priorum: Et hoc locum habeat in noſtris ciuib⁹ euntib⁹ dictis de cauſis cum lumine ſiue igne, vel ſine igne, dũmodo mãdato priorũ, & tales nulla pęna puniãtur. Volumus ẽt ꝙ ſit licitum cuilibet artifici, ire ſine lumine, ſiue igne a domo ſua propria, vel conducta ad camerã ſuam, vel apotecã ad dictã domum, ſine pęna & banno, & multi poſſint ire cum vno lumine: Et in tꝑe vindemiarum, durantib⁹ feriis in dictis, liceat vnicuiq; ciui, vel domeſtico, vel familiarib⁹ ſuis, ire noctis tꝑe cum lumine tm̃. Et ſi cuſtodes ciuitatis inuenerint aliq̃m forenſem euntem per ciuitatẽ contra formã ſtatutorum de nocte, poſt tertium ſonum cãpane teneãt̃ & debeant ipſum capere & ducere ad palatium cõis, & talis forenſis inuentus ibi per totã noctẽ debeat permanere. Item ꝙ q. cũq; fuerit inuentus poſt tertiũ ſonum cãpane, & fuerit inimicus capitaᷓ illi q. habitaret iuxta locum vbi fuerit ĩuentus prope duas domos in 25. lib. den. cõi Nuc. condẽnetur. Itẽ ꝙ nullus, vel femina audeat, vel ꝓſumat noctis tꝑe facere ignẽ in ſtratis, & contrafaciens in 20. ſol. den. cõi Nuce. condẽnetur, excepto quòd in vigilia ſanctæ Mariæ de Auguſto, in feſto ſancti Gregori, vel ſi fieret occaſione cuſtodie, vel victoriæ, de quo ſtetur declarationi priorum qui pro tempore erunt.

De pœna reſpicientium clam de nocte ad hoſtium alterius Cap. 36.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nulla perſona audeat, vel ꝓſumat reſpicere noctis tꝑe clam ad hoſtium alicuius, vel per baleſtriam, vel ad feneſtrã domus alicuius cõtra voluntatem dñi domus, & ſemper intelligatur contra voluntatem, niſi probatum fuerit de voluntate contrafacieñ ſoluat cõi nomine banni 25. lib. den.

De pœna ludentium ad ludum taxillorum, & aliarum. Cap. 37

ITtem ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nemo ludat ad ludum taſſillorum. vel aularum, ſeu lumacarum in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. vel ad aliq̃m ludum taſſillorum, niſi ad ludum tabularum, ad quas ludi poſſit cum taſſillis tm̃ in platea, vel traſanna palatii dicti cõis. Et ſi q̃s luxerit ad ludos ꝑdictos, vel alterum ipſorum ꝑter tabulas, vt dictum eſt, puniatur pro quolibet, & qualibet vice, in .x. lib. den: Et ſemper dñs domus in qua luderet̃ ſimili pœna puniatur, tam̃ in iſto caſu vʒ. Si habitator alicuius domus venderet alicui vinum vegetis, vel carrati exiſtentis in ipſa domo, & tunc cum emptor venderet vinũ

pædictum

43r

pdictum,vel vendi faceret luderetur in ipſa domo,tunc ipſe ēptor vini,vel q̃ cōduxerit ipſum domū,vel penſionē,& non dn̄s domus debeat condēnari: Et nihilominus pōtas Iudex,vel vicarius debeat mictere familiā per domos,& taberne per ciuitatē Nuce. ſemel in die proludo ad ſcrutandum. Et ipſi familiares poſſint accuſare oēs quos inuenerint ludentes ad dictos ludos ſuperius nominatos,& credatur ſacramento familiare denuptiañ.& inuenientis cum vno teſte de uiſu,& ēt cuſtodes celati fiendi per priores poſſint accuſare cum ſacramento,& uno teſte de uiſu. Et q̃libet familiaris,& cuſtos ſecretus denūptians pdicta habeant quartam partē banni. Et dicimus q͞ nullus debeat pſtare aliq̃ quantitatē pecunie ludentib⁹,uel aſtantib⁹ ad ludum q̃ pſtauerit contra pdictam formam admittat pecuniam pſtitam,& ſoluat cōi nomine banni 100. ſol. den. & contractus factus ad ludum,uel occaſione ludi per poteſtatē,& iudicē debeat cancellari, & aboleri,vt uitioſus & ſuſpectus,& de pdictis oīb⁹ poteſtas,iudex,& uicarius teneaẽ quolibet menſe uinculo ſacramenti. Et pęna .x. lib. den. facere inq̃ſitionē, & repertos culpabiles punire,& condēnare in penis ſuperius declarantis: Et ſtantes ad uidendū ipſum ludum pdictum,puniātur pro quolibet in 100. ſol. den. qualibet uice cōi Nuce. applicandorū. Et ſimili pena puniaẽ q̃ in dicto ludo,uel pro dicto ludo,& ludentib⁹, aut pro aliquo ipſorum,aut aliquo eorum fideiuberet,uel eſſet in manu quoquo modo.

De pœna ludentium ad ludum inuitarum. Cap. 38.

ITem ſtatuimus,q͞ nullus debeat ludere ad ludum inuite in ciuitate Nuce. uel prope portam ſancti Franciſci,uel prope muros ipſius ciuitatis per 50. pedes, pena cuilibet ludenti pro quolibet,& qualibet uice 20. ſol. den. Et q͞ q̃libet poſſit denūptiare,& accuſare ludentes,uel ludentem cum ſacramento,& uno teſtes,& habeat medietatem bāni. Et pdicta baniatur de menſe Ianuarii,pœna poteſtati 100. ſol.

De pœna portantium arma per ciuitatem,& quando liceat. Cap. 39.

ITem ſtatuimus,& ordinamus q͞ nullus forenſis audeat,vel pſumat portare, vel deferẽ per ciuitatē Nuce. aliqua arma. Et q̃ contrafecerit condēnetur hoc mō v3. pro cultello feritorio acuto in .x. lib. den. pro ſtoccho in 25. lib. den. pro ſpontone, vel ſpada in 100. ſol. den. pro corſitto,vel panzera 40. ſol. den. & toitdem pro gurſeria,pro cerbelleria,ſeu planella 20.ſol. pro falcaſtro rouario,vel mannaria,pro quolibet eorum 25 lib. den. pro tabulario 100. ſol. den. Et illud idem dicimus ſi forenſ. portauerit arma p mercatale,exceptis euntib⁹ celeriter viam ſuam. Et hoc non intelligatur inuiatoribus tranſeuntib⁹ per dictum mercatale q̃ non teneantur ad pęnā pdictam. Et notarius pdictus poteſtatis,iudicis,vel vicarii,& familiares ipſorum ſi inuenerint aliq̃m ipſorum forenſium cum armis pdictis per aliq̃m locum ciuitatis pdicte ſibi auferant dūmodo ipſa arma reſtituantur tali inuento. Et q̃ cūq; forenſis aufugeret ante familiā poteſtas,iudicis,vel vicarii,aut eorum nōt. qn̄ iret ad rimandū cum diceret ei per ipſos, aut alterum ipſorum vade plane,& non ſtabit donec dimittat ſe ſcrutū duplicenẽ ei pęne pro illis armis,q̃ ſibi inuenta fuerint. Si aūt non fuerit captus pro confeſſo habeaẽ portare dicta arma: Et poteſtas iudex,vel vicarius poſſint,& debeant ad petitionem cuiuſcūq; petentis facere inq̃ſitionē contra forenſ. arma portantes quoquomodo,vel qualitercūq; ſemper &q̃ncumq; eis,vel alteri eorum denunptiatū fuerit per aliq̃m,q͞ aliq̃s aliqua arma deferret contra formā huius capituli teneaẽ,& debeat mictere familiam ad capiendum illum & eum capere,& puniret dictum eſt,pęna pōtati contrafacientib⁹ pro quolibet, & qualibet vice 25 lib. den. Et condēnare poſſint contrafacientes indictis pęnis. Et credatur relationi vni⁹ ex familiarib⁹ pōtatis iudicis,vel vicarii de arma portantib⁹. Et ſi aliquis forenſ. venerit ad hoſpitandum ad aliquod hoſpitium ciuitatis Nuc.vel burogorū,ſuus hoſpitator debeat denunptiare ſibi q͞ dimittat arma,& nō portet arma pdicta: Et ſi poſt talem denunptiationem inuentus fuerit portare arma ſoluat bannū ſuperius nominatū. Si vero dictus hoſpes dictā denunptiationē nonfecerit ipſe hoſpitator de ſuo proprio dictum bannum ſoluere teneatur. Et de dicta denunptiatione credatur dicto hoſpitatori cum iuramento. Dicimus ēt q͞ q̃libet hoſpitator debeat dare in ſcriptis oīa nomina hoſpitantium in ſuo hoſpito, ſi priorib⁹ videbitur conuenire: Et ſi non fecerit poſtq̃ fue-

rit hoſpitari, vel ſaltim anteq̃ de hoſpitio ipſo recedant in 20. ſol. den. vice qualibet cō-dēnetur. Et ſi de nocte venerint ad hoſpitandum aliq̃ in ſuo hoſpitio eos hoſpitari non permittat ad dictam pęnā ſi primo ei nomen, vel eorū nōina dederint, ſeu dederit ī ſcriptis. Si vero alicui forenſi q̃ venerit Nuce. neceſſe eſſet portare arma, ꝙ poteſtas iudex, vel vicarius, vna cum priorib⁹ dicte ciuitatis poſſint prouidere, & dare eidem licentiam arma portandi, & aliter concedi non poſſit: Volumus ēt ꝙ pōtas iudex, vel vicari⁹ teneātur, & debeant, pęna 50. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice quolibet die mercurii, & omni alia vice qñcumq; per priores fuerit req̃ſitus, ſeu denunptiatum facere fieri rimationē, & generale ſcruptinium de forenſib⁹ arma portantib⁹, & inuentos culpapiles punire & condēnare, vt ſupra in hoc capitulo continet̄: Et oēs notarii poteſtatis poſſint qualibet vice ſcrutinium facere non obſtante ꝙ non irent ordinate rimando. Et priores poſſint dare licentiā forenſib⁹ portare arma per vnum diē tātum, & poſſint ꝓhibere Nucerinis ciuib⁹, & diſtrialibus dicte ciuitatis portationē armorū, & cōcedere quando voluerint. Itē ꝙ nullus ciuis poſſit per ciuitatē Nuce. portare ſpatā, ſtocchum, cultellū, vel beccacenerē non vaginatā, vel euaginatam, ſub pęna ꝑdicta. Itē ꝙ ſi aliquis portauerit per ciuitatē Nuce. ſpatā, ſtocchum ſiue cultellum ſine fronde in pota ipſorum, vel alterius eorum, ſoluat cōi nōine banni pro quolibet, & qualibet vice 40. ſol. den. Et facta ꝓhibitiōe ꝑdicta dictum capitulum, & pęne in eo contente, q̃madmodum intelligunt̄, & ſunt in forenſib⁹, ita intelligant̄, & ſint inciuib⁹, & diſtrictualib⁹ dicte ciuitatis contrafacientibus infligende: Volumus inſuper ꝙ remaneat in prouidentia priorum q̃ pro tpe fuerit de pena īponenda cuicūq; forenſi arma portanti per ciuitatē, & burgos Nuce. q̃n talis forenſis eſſet vere familiaris alicui⁹ veri ciuis, & icole, ſeu deſtrictualis ciuitatis Nu. aut alicuius viri q̃ eſſet ꝑlatus in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. Inſuper dicimus ꝙ citra caſus ꝑdictos q̃b⁹ proibet̄ ciuib⁹ deferre arma modo prædicto liceat ipſis ciuibus per ciuitatem, & diſtrictum Nuce. impune arma portare.

De pœna facientium rumorem in Conſilio. Cap. 40.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua perſona fecerit rumorē in cōſilio, vel arrenga cōis ſoluat cōi nōine banni 25. lib. den. & ſi ob id naſceret̄ turbatio terre, puniatur tamq̃ homicida. Et ſi ob id vaſtaretur arrenga, vel conſilium condēnetur in 100. lib. den. & hoc capitulum ſit ꝑciſum, & legatur quolibet menſe, in prima arrenga conſilii, anteq̃ legantur propoſite, & ſuper huius poſſit ꝓcedi & inq̃ri, & delinq̃ntes condēnari modis prædictis.

De pœna non capientis, vel inſeq̃ntis malefactorē, & de pęna non præſtantis auxilium capientibus exbanditos. Cap. 41.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ vbicūq; cōmitteretur aliquod maleficium in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. ꝙ illi q̃ erunt ꝑñtes, vel videbunt, vel audient dictum malificium teneāt̄, & debeant capere, vel inſeq̃, vel rumorē leuare contra tales malefactores ita, & taliter ꝙ per eos non ſteterit, ꝙ dictus malefactor, ſeu malefactores capiantur infortiam dicti cōis deducantur, & ſi tales fuerint negligentes in exequendo ꝑdicta, ſi talis malefactor cōmiſerit maleficium, ſeu delictum de quo reſultaret̄ pena perſonalis ꝙ tunc, & eo caſu dicti tales, & q̃libet ipſorum condēnētur pro qualibet vice, in 50. lib. den. ꝓ quolibet. Si aūt cōmitteret maleficium, ſiue delictum de quo reſultaret̄ pęna mēbralis, ſeu pecuniaria, vſq; in quantitatē 50. lib. & ab inde ſupra codēnētur ipſi & q̃libet ipſorū ī 25. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice. Si aūt ex dicto delicto inſurgeret̄ pęna 100. lib. vel ab inde ſupra vſq; in 200. lib. condēnentur ipſi, & q̃libet ipſorum in 10. lib. den. ꝓ quolibet, & qualibet vice, & ab inde infra vſq; in quantitatē 20. lib. condēnetur ipſi in 40. ſol. den. pro quolibet, & qualibet vice. Itē volumus ꝙ oēs Nucerini, & deſtrictuales ad petitionē capitanei de ſuo quarterio, vel ad petitionē alicuius capitanei, vel ſcindici, vel bay. ſiue bailie teneantur, & debeant viſis litteris, ſeu mandato verbo, vel ſcriptis factū per poteſtatē iudicem, vel vicario, aut eius curiam, & priores capere, & captos ducerē oēs & ſingulos ex bannitos dicti cōis, vel eos perſequi, & rumorem contra eos leuare & eos īpedire omni modo, & via q̃b⁹ melius poſſunt ita, & taliter ꝙ capiantur & ducantur in fortiā dicti cōis, & ſi dicti tales req̃ſiti vel aliq̃s ipſorum fuerint negligens, vel remiſſi

puniantur

puniantur eodem modo & via, vt ſupra diximus, de pęna non capientium malefactorẽ: Si aũt ob talem capturã, ſeu percuſſionẽ, vel eius occaſione p̄dicti perſeq̃ntes, ſeu captores offenderent tales ex bannitos, vel ex bannitum q̃ ſe defenderet vel opponeret, vel aliq̃m aliũ cuiuſcũq; conditionis, & ſtatus exiſtat q̃ dictis talib⁹, vel tali ex bannito p̄ſtaret auxilium conſilium & fauorẽ, & non caperet & duceret in fortiam dicti cõis ad nullam pęnã teneantur & põtas, vel eius curia contra eos vel aliq̃m ipſorum non poſſit ꝓcedẽ quoquomodo ob dictum maleficium tali modo commiſſum, & a dicto cõi indẽnes perpetuo conſeruentur, & expenſ. dicti cõis in qualibet curia defendantur vbi ex tali delicto contra eos, vel aliquem ipſorum procederetur.

De pœna parantis ſe Baiulo. Cap. 42.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nemo de ciuitate, vel deſtrictu Nuce. opponat, vel paret ſe alicui baiulo dicti cõis miſſo per officiales cõis Nuce. Et q̃ contrafecerit in 20. ſol. den. pro vice qualibet condemnetur, & ſtetur ſacramento bayuli, & idem dicimus de eo qui reauſferret pignus dicto bayulo.

Qualiter procedatur de ſimilibus ad ſimilia, vbi ſtatuta loquuntur non procedatur ſecundum ius cõe. Cap. 43.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliquod maleficium contigerit fieri in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. cuius pęna non eſſet in hoc volumine ſtatutorũ cõprehenſa expreſſa determinata, vel nominata, ꝙ põtas iudex, vel vicarius condẽnare debeant delinq̃ntes de ſimili ad ſimilẽ, prout magis potuerit adaptari pęnis in ſtatuto cõtentis de aliquo ſimili loquentib⁹: Et ſi alicui ſimili adaptari non poterit, põtas iudex, vel vicarius delinquentes debeat condẽnare sm̃ ius cõmune: Volumus tñ ꝙ vbi pęne eſſent declarate ex forma alicuius capituli hui⁹ voluminis ſtatuti vel comode poſſet adaptari, ꝙ pęna aliqua non imponatur ex forma iuris cõis, ſed ſolum relinquatur diſpoſitioni horum ſtatutorũ Et nunq̃ pęna alicuius maleficii ad conſilium inducatur.

De pœna contemnentium mandata Poteſtatis, Iudicis, vel Vicarij. Cap. 44.

Contemnens mandata Poteſtatis Iud. vel vicarij

ITem ſtatuimus, ꝙ q̃cũq; non obbediret mandatis Poteſtatis, Iudicis, vel Vicarij, vel alterius eorũ, vel facere recuſauerit, quod facerẽ ſibi p̄ciperẽ, vel p̄cipi fecerint dicti Rectores, vel alter eorum q̃ poſſint ĩponere pęnã 20. ſol. & de 20. ſol. in 40. ſol. & de 40. ĩ quatuor lib. Et ſic multiplicando poſſint ĩponere bãna ipſi, & cuilibet ipſorum in 25. lib. den. donec adĩpleant eorum mandata per ipſos rectores, & quẽlibet ipſorum contẽptor poſſit condẽnari in quantitate p̄dicta. Et ꝙ poteſtas, iudex, vel vicarius nõ poſſit cogerẽ vel grauare ſcindicos, vel collectores datiuarum, vel aliq̃ aliam perſonam habentẽ aliq̃ pecuniã dicti cõis ſine licentia priorum dicti cõis, q̃ pro tp̄e erunt, pęna 100. lib. den. ꝓ quolibet ipſorum dñorum, & pro qualibet uice dumtñ p̄ceptum fiendũ per dictos poteſtatem, iudicem, vel vicarium, non ſit contra formam alicuius ſtatuti prædictorum ſtatutorum, vel iuris cõis, cannonici, vel ciuilis.

¶ Qualiter Põtas, Iudex, vel Vicari⁹ poſſit cognoſcere de ĩfraſcriptis maleficiis Cap. 45

ITem ſtatuimus, & ordinam⁹ ꝙ põtas iudex, vel vicarius teneanẽ, & poſſint cognoſcerẽ de oĩb⁹ maleficiis cõmiſſis in ciuitate Nuce. vel eius deſtrictu ab vno anno incipiẽdo a die cõmiſſi maleficii, & ẽt de ipſis cognoſci facerẽ, & ſimiliter de ĩpoſterum cõmictẽdis, non tñ adulteriis ſtrupis violentiis mulierum, vel eorum cognitione carnali: Sed de cõmiſſis antea non valeant cognoſcere ſaluo, & reſeruato ꝙ deturbatione ſtatus Nuce. & de occupatione, & proditione ipſius ciuitatis, vel caſtrorum eius: Et de homicidio robbaria furtis, & arſiccimine poſſint cognoſcere p̄dicti põtas, & ſui officiales per inq̃ſitionẽ, & oẽm modum ꝙ eis videbiẽ dũtaxat cõmiſſis a 15. annis proxime p̄teritis citra, & per ipſum tẽpus delinquentes in prædictis punire sm̃ formã ſtatutorum dicti cõis de materia loquentium, ſaluo ꝙ ſi aliq̃s vendiderit, ſeu alienauerit, aut quouis titulo tranſtulerit aliq̃ poſſeſſionẽ alicui perſone non ſuppoſite, & ſubiecte dicto cõi, pro ut ĩ ſtatuto de hac materia loquente plenius contineaẽ in quo caſu aliqua tp̄a nõ currant, ſed cõtinuo & omni tp̄e procedi poſſit, & condẽnari poſſint delinquentes, ſecundũ formã ſtatutorũ de hac materia loquentis. Et notarii maleficiorum qui pro tp̄e erunt, teneantur vin-

16-16

44✓

culo iuramenti recipere accuſationes,& denũptiationes palã, vel aſconſe a quacũq; perſona,& procedere per inqſitionẽ,& oẽm modum & formã q̃bus melius fieri poteſt. Saluo ꝙ de adulterio, vel violentia mulierum, vel earum cognitione carnali per inquiſitionem procedi non poſſit contra aliquẽ de ciuitate, vel deſtrictu Nuce. nec per aliquẽ denũptiari, vel accuſari poſſit, niſi per parentes mulieris, vel fratrẽ, ſocerum, maritum, vel aliã perſonã coniunctam ipſi mulieri, vſq; in tertium gradum,& per ipſam mulierẽ. Et ſi per confeſſionẽ, vel teſtificationem aliquã inuenerit culpapilem in p̃dictis, vel aliquo p̃dictorum condẽnet̃ prout in capitulo huius voluminis loquente de ſupradictis maleficiis continet̃. Dicimus ẽt ꝙ ſi p̃dicti rectores in p̃dictis fuerint negligentes põtas iudex, vel vicarius in 25. lib. den. & nõt. in .x. lib. vice qualibet condemnetur.

De pœna facientium Bactimagliam affigliato. Cap. 46.

ITem ſtatuimus ꝙ nulla perſona q̃ haberet Affigliatum in ciuitate Nuce. vel eius deſtrictu debeat facere ipſi ſuo affigliato, vel dare aliquod indumentum pannorum, vel aliq̃ battimagliã per ſe, vel interpoſitã perſonã, pęna cuilibet cõtrafacienti pro qualibet vice 100. ſol. & quòd poteſtas iudex, vel vicarius teneantur facere banniri de menſe Martii, quolibet die Mercurii, pęna decem lib. den. cõi Nuce. applicandorum.

❧ Qualiter cõdẽnationes late ĩ cõſilio valeãt,& nõt det copiã de eiſdẽ. Cap. 47.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ oẽs condẽnationes late in conſilio, vel arrenga cõis Nuce. contra aliquẽ, vel aliquos valeant,& teneant non obſtante ſi non eſſent lecte p poteſtatẽ, iudicem vel vicarium,& oẽs proceſſus & sñtie maleficiorum cõis p̃dicti, non poſſint vitiari ſi aliqua iuris ſolẽnitas, vel ſubſtantialitas omiſſa fuerit in eiſdem,& non obſtante ſi non fuerit iuratum de calũnia, vel lix conteſtata inter partes, vel ſi teſtes non iurauerint p̃ntibus partibꝰ, vel ſi partes non fuerint citate ad videndum iurare teſtes, vel ſi non fuerint p̃ntes ad videndum aperturã, ſeu publicationem teſtium,& non obſtante ſi põtas iudex vel vicarius, aut notarius, vel aliꝰ officialis q̃ sñtias promulgaret, vel proferret, vel ſcriberet fuerit minor vel filius familias in iudicio ſine tutore vel curatore, vel ſine conſenſu patris in aliq̃bꝰ cauſis criminalibꝰ, nec ẽr obſtet ſi aliqua ſolẽnitas iuris nõ fuerit obſeruata propter quod dicimus sñtias non poſſe vitiari: Item dicimus ꝙ poteſtas iudex vel vicarius teneantur,& debeant vinculo iuramenti oẽs condẽnationes, vel abſolutiones de oĩbꝰ,& ſingulis maleficiis exceſſibꝰ,& delictis habitis, vel cõmiſſis in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. expoſiit. tp̃e eorum officii corã eis facere,& expedire infra unum menſem initiandum a tp̃e ipſorum excuſatione, vel exbandimenti, niſi proceſſus penderet per appellationem,& termini prorogationem de faciendo condẽnationem dicti rectoris petere non poſſint, nec debeant: Et teneantur & debeant condẽnationes ipſas ſcribere, uel ſcribi facere in formã publicã in cartis pecudinis,& in fine ſui officii ligatus in quod: folio pecudino reddere,& reaſſignare cam̃ dicti cõis, q̃ pro tp̃e fuerit mõ prædicto teneantur infra unum menſem expedire oẽs proceſſus initiatos tp̃e ſui pręceſſoris a die inchoationis ſui officii cõputañ Nolumus tñ ꝙ in cauſis miſtis tp̃a currant, niſi eo modo quo in cauſis ciuilibꝰ currunt: Item dicimus ꝙ publice debeant banniri facer̃ per preconẽ cõis ꝙ q̃cũq; haberet cauſam maleficii in curia dicti cõis perhent. fit ad sñtiam audiendum in conſilio dicti cõis,& tale bandiment. habeatur pro legitima citatiõe, ac ſi oẽs oretenus citati eſſent ad sñtiam audiendum. Et ipſi bannimento adhibeat̃ plena fides. Et ſi p̃dicti rectores fuerint negligentes ad ꝑdicta facienda ĩ 25. lib. den. cõi Nu. condẽnetur,& nõt. in .x. lib. Et priores q̃ pro tp̃e erunt teneantur uinculo iuramenti, non concedere eis, uel alicui eorum licentiã de p̃dictis, nec de eis propoſitis facere ĩ cõſilio, nec arrenga: Item uolumus ꝙ camerarius dicti cõis teneatur,& debeat facere fieri unum librum, ſen quaternum cartarum bõbicinarum regalium, quatuor quaternorum copertum,& legatum. Et ipſum librum conſignare in principio regiminis cuiuslibet poteſtatis, in quo dictus notarius maleficiorum cõis Nuce. q̃ pro tp̃e fuerit, teneatur,& debeat copiare oẽs & ſingulas condẽmnationes per eum ſcriptas in cartis pecudinis anteq̃ ipſas legat. in conſilio & ipſam copiã, pęnes ſe retinere dictum originale ſcriptũ in cartis pecudinis ſtatim ipſi condẽnationibus lectis dare,& tradere cancellario & cam̃ dicti

cōis antaq̄ recedant a bancho ad quod legent condēnationes p̄dicte,& ipſam copiā in-
fine ſui officii reddere,& cōſignare vna cum aliis ſuis libris conſignandis per eum in cō-
muni p̄dicto prioribus cancellario,& cam̄ ſupradictis,pęna eidem notario ſi contrafece
rit in prædictis,vel aliquo prædictorum caſuum 25. lib. den. applicañ. cam̄ prædicto p̄
ipſo communi recipienti.

De pœna occidentis animalia alterius. Cap. 48.

ITem ſtatuim⁹ ꝙ ſi aliqua perſona occiderit Boue, Vaccā,vel Iumentum,equm Soma-
riam,vel Somarium,vel aliquod ipſorum,ſoluat cōi nōine banni 25. lib. den.& dānū
& expenſas emendare dānum paſſo,de porco pecude capra,&bicco,ſiq̄s aliquod ipſorū
occideret in 40. ſol. den. condēnetur,& dānum emendet patienti: Saluo ꝙ ſi aliq̄s per-
cuſſerit,vel occiderit porcum,vel caprā,vel canem qñ dānum darent in vinea,vel croco
vel orto,vel canapina qñ eſt ibi canipa,qñ vinea eſſet plena vuarum, & olera fuerint in
orto nulla pena puniatur,ſi vero percuſſerit aliā beſtiam q̄ de p̄dictis,dictum bannum p̄
medietate moderet̄ tñ dānum patienti debeat emendare in quolibet caſu: Si vero per
incitationem,vel appoſitionem alicuius canis fugauerit aliq̄ beſtiā,ſeu aliquod animal,
& ipſum animal,ſeu beſtiā magagnauerit occaſione dictę fugę,ſeu perderet ipſa,vel fet⁹
eius,q̄ fuerit hoc ſolum per publicā famam probatum contra eum,ꝙ talis opponens ca-
nem ſoluat cōi nōine bani 10. ſol. den. & ſemper dānum paſſo debeat emendare. Si vō
canis a ſe ipſo fugauerit aliq̄ beſtiam,& ipſam magagnauerit,vt dictum eſt dn̄s canis te
neat̄ dānum patiēti emendare,& ſufficiat dicta probatio,vel det canem dañ patienti: Si
vero canis appoſitus fuerit contra aliquod animal de prædictis,ꝙ tunc dānum darent in
orto croco,vel canapinis,vinea,ſeu bladis,ꝙ talis apponens nulla pęna puniatur: Et ſi
dictus canis occideret,vel morderet aliquod animal valoris trium lib. vel infra. Et mi-
norum 14. annorum maior tñ .x. annorum teſtificatio valeat in prædictis.

De pœna corrupentium poteſtatem,& alios officiales. Cap. 49.

ITem ſtatuimus,ꝙ ſi aliq̄s actentauerit dolo corrūpere poteſtatē iudicem, vel vicariū
ipſius,vel eorum notarium in 50. lib. den. vice qualibet condēnet̄,& q̄libet poſſit de
nūptiare,& accuſare palā & abſconſe,& habeat medietatē banni. Et ſi p̄ſumpſerit, vel
actentauerit corrūpere aliq̄m alium officialem dicti cōis, in dicta pęna condēnetur. Et
talis officialis corrupt⁹ contra q̄m probatum fuerit omni ſuſpitione ſub lata,in 100. lib.
cōi Nuce. condēnet̄,& in reſtitutionē rerum ablatarum: Et ipſum officialem ſcindicus,
q̄ eum ſcindicabit,vel examinabit in dicta pena eum condēnet, & dictā reſtitutionem
fieri faciat,& remoueat̄ ab officio cōis perpetuo,& ad probādū de corruptionē,ſufficiat
ſola publica fama q̄nq; teſtium bone oppinionis,& fame: Et de p̄dictis vna cū priorib⁹
cōis poteſtas,ſeu alter officia° teneat̄ vinculo iuramenti ſemel ſingulis menſib⁹ facere ī-
q̄ſitionem contra illos q̄ talia perpetrarent,& repertos culpabiles punire pena p̄dicta:
Et p̄ns caprum legatur ſemel in conſilio generali: Et p̄dicta rectores q̄ fuerint negligen
tes p̄dicta executioni mandare poteſtas & iudex,& ipſorum quilibet in 25. lib. den.
priores in decem lib. den. pro quolibet condemnetur.

Quòd Baiuli,& ciues Nuce. nō cogentur ad executiones perſonales Cap. 50.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ poteſtas,& alii officiales,& familiares eiuſdē non au-
deāt aliq̄m exbaiulis dicti cōis,ſeu ex ciuib⁹ dicte ciuitatis cogere ad aliquod exerci-
tium operañ in executionib⁹ perſonalib⁹ fiendis per officiales p̄dictos, nec aliq̄m ex di-
ctis baiulis tormentare aliquo colore, q̄ ſito pęna poteſtati,& culibet ſuo officiali,& fa-
mialiari,& cuilibet alteri contrafacienti 100. lib. den. pro quolibet,& qualibet vice.

De pœna laborantium diebus Dn̄icis,& feſtiuis. Cap. 51.

ITem ſtatuimus,ꝙ nemo de ciuitate Nuce. vel eius deſtrictu audeat,vel p̄ſumat labo-
rare,vel laborari facere in dieb⁹ feſtiuis infraſcriptis v3. dieb⁹ Dn̄icis, die veneris ſan
cti,Paſchatis reſurrectionis,Aſcenſionis beatę Marię de Auguſto,& vno die poſt ipſum
feſtum,in die Natiuitatis Dn̄i,& duob⁹ diebus poſt ipſum feſtum, In feſtiuitatib⁹ ſanctæ
Mariæ virginis,pęna 40. ſol. den. pro quolibet,& qualibet vice: Apoſtolorum,& Euan-
geliſtarum,Sancti Rainaldi,Sancti Feliciſimi,Sancti Laurentii, S. Luciæ, S. Crucis .S.

Bordoni .S. Maccharii .S. Nicolai .S. Michaelis Archangeli .S. Paterniani, Beatæ Catherine Virginis .S. Ioannis Baptiſtæ, de menſe Iunii .S. Martini, & Cathedra .s. Petri, .s. Antonii de menſe Ianuarii, die officii Corporis Xp̄i, die Aſcenſionis Dñi, die Paſchatis Epifaniȩ, die Circũciſionis Dñi, & ſingulis diebus Veneris de menſe Martii. Et q̃ cõtrafecerit ſoluat cõi nõine banni, pro quolibet feſto p̄dicto 20. ſol. den. & ſi ĩ aliqua parrocchia vocaretur, ſeu nominaretur, aliq̃s ſanct⁹, ꝙ homines, & perſone illi⁹ parrochiȩ ipſum feſtum debeant cuſtodire ſub dicta pȩna. Et q̃libet ſcindicus debeat facere copiã extrahi p̄ntis capituli, & denũptiare hõibus ſue bailie oẽs feſtiuitates p̄dictas: Et hæc publice banniat̃ infra octauam menſis Ianuarii. Et ꝙ cam̃ ciuitatis Nuc. non habitante teneant̃ clauſe dieb⁹ Dñicis, & laborerium aliquod quoquomõ fieri non debeant ſub pȩn. p̄dicta: Exceptis cameris medicorum, & Spetiariorum in q̃b⁹ eſſent medicinȩ, & cam̃. Macellariorũ, ꝙ ad p̄dicta minime teneãt̃. Et ꝙ nullus de ciuitate, & deſtrictu Nuce. audeat, vel p̄ſumat deferre in ſomariis ligna, nec alio modo, nec carbones, nec paleas, vel aliq̃d operari ſupra dictis dieb⁹ dñicis & feſtiuis: Et Barberii ẽt non debeant radere, nec flebotomiã, aut aliã diminutionẽ ſanguinis facere niſi per euidens periculũ, & neceſſariã vtilitatẽ ſub dicta pȩna: Et ſiq̃s contrafecerit puniat̃ in 20. ſol. den. & accuſari poſſit palã. & abſconſe dũmodo accuſator, vel denũptiator dñis priorib⁹ q̃ tunc erunt nõ debeat eſſe ſecretus, vel abſconſus qñcũq; eis videbitur, & placebit. Et ſi oppinione ipſorũ huic accuſationi, vel denũtiationi non fuerit fides adhibẽda accuſatio, vel denuntiatio habeatur ꝑ nulla, & habeat accuſator medietatẽ banni. Itẽ dicimus ꝙ nulla perſona debeat detinere ante oſtium cam̃ aliq̃ ſtoriã, ſiue aſſitum neq; banchas q̃ p̄ſtent ĩpedimentum tranſire volentib⁹ per ſtratã ſiue ſtratas, niſi forte vnum pannũ pro reparatione luminis dictarum cam̃, & notarius põtatis q̃ iret pro ludentib⁹, & vinum vendentib⁹ debeat diſcutere, & videre ſi aliq̃s contrafaciat in p̄dictis, & ſcribere contrafacientes, & ipſius ſcribere credat̃, pȩna põti ſi fuerit negligens executioni mandare contenta in dicto capitulo v3. 50. lib. den. & hoc capitulũ banniat̃ ſemper in principio regiminis poteſtatis. Itẽ ꝙ nullus in dictis feſtiuitatib⁹ debeat cõmodare alicui ĩ dictis feſtiuitatib⁹ ſomarios aut beſtias bouinas, vel eq̃nas ad aliquod laboritium fiendum in dictis feſtiuitatib⁹, pena comodanti pro quolibet feſto 20. ſol. den. Dũmodo p̄dicta non p̄tendant̃ ad aliquas nunptias, vel in aliquo loco cum caſonio deferri, aut liceat cum perſonis, vel beſtiis res venales cauſa vendendi in quolibet die fori, non obſtante ſi feſtum ĩciderit ipſo die: Exceptis tam̃, & inſuper infeſtiuitatibus Dñi, & Aſſumptione beatȩ Mariæ virginis, & mercatoribus redeuntibus ab extra comitatũ Nuc. cum eorũ mercantiis: Et ẽt liceat t̃pe ſuſpitionis deferri res & maſſaritias de comitatu ad ciuitatẽ quolibet die feſto.

De pœna officialium percutientium aliq̃m. Cap. 52.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ põtas iudex, vel vicarius, vel aliq̃s officialis, & familiaris ipſorum, & notarii cuſtodie non debeant percutere aliq̃m irato aĩo, & malo mõ nec dicere alicui q̃ corã eis ſtaret verba iniurioſa. Et ſi ipſi vel aliq̃s ipſorum cõtrafecerint puniãt̃ in duplũ banni contenti in ſtatuto loquentis de percuſſionibus & verbis iniurioſis ſm̃ delicta q̃ fecerunt. Et priores q̃ pro t̃pe erunt teneant̃ ad petitionẽ cuiuſcũq; petentis ſuper p̄dictis per accuſationẽ, vel inq̃ſitionẽ procedere, & ſcribi facere per eorum notarium totum negotium ſicut ſe habuerit: Et ipſum negotium ſic ſcriptum aſſignare debeant de prioratu in prioratũ quouſq; dicta ſcriptura aſſignabitur ſcindico futuro, ad ſcindicandũ ipſos, & ipſorũ officiales, & familiã: Et ſecundũ ſcripturã p̄dictã ſcĩdicus debeat proceder̃, & eos repertos culpabliles debeat cõdeñ ſm̃ delictũ cõmiſſum p̄ ipſum, vel alterũ ipſorum. Et ſi priores fuerint negligentes condemnet̃ in 25. lib. den

De pœna officialium accipientium aliq̃m de cuſtodibus. Cap. 53.

ITem ſtatuimus ꝙ ſpecialiter notarii cuſtodie ciuitatis Nuce, & quilibet alius officialis cõis Nuce. non audeat auferre, nec auferri facere cuſtodibus, & venientibus ad cuſtodiam, vel dum redirent a cuſtodia dicte ciuitatis aliquod genus armorum ſiue veſtium, aut aliquam rem quæ tunc portarent ratione aliqua, vel occaſione ſiue cauſa, pena 50. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerint cõi Nuce. applicañ.

De pœna

De pœna receptantium exbannitos. Cap. 54.

ITem ſtatuimus ꝙ nemo de ciuitate Nuce. vel deſtrictu audeat, vel pſumat receptare aliqm exbanditum in perſonã, vel rebellẽ ciuitatis Nuce, q eſſet ex bannitus, vel cõdẽnatus ꝑ homicidio arſicumine, robbaria, prodimento, turbatione pacifici ſtatus ciuitatis Nuce. vel eundẽ aſſotiare, nec cum aliquo ipſorum facere parlamentum nec cõuenticulã palã, vel ſecrete de die vel de nocte, nec dare alicui pdictorum exbanditorum ex cauſis pdictis auxilium conſilium, & fauorẽ in ciuitate, & deſtrictu Nuce. Et q contra fecerit in 100. lib. den. cõis Nuc. cõdẽnet. Et ſi aliqs receptauerit, & hoſpitatus fuerit vel in domo retinuerit, vel in locis pdictis aſſotiauerit aliqm pdictorum exbannitorũ, & tunc inſultatus fuerit addomum ſuã, vel in viã, ſeu aliq iniuriã receperit nõ audiatur. Sed vnicuiq; liceat inſultare domum in qua talis exbandit. reperiretur, & in ipſa domo exiſteret, & ipſam domum pliare, & in focare, & incendere, & offendere exbannitũ, & ipſum aſſotiatẽ, ſeu volentẽ ipſum defendere, ſeu fauere tã in domo q alibi inperſona, & rebus abſq; pęna & banno. Et iudex cõis Nuce. teneat vĩculo iuramẽti, & pęna 50 lib. pro qualibet vice, qua contrafecerit ſingulis duobus menſibus ſemel adminus inqſitionem facere in ſcriptis contra quãlibet villã ciuitatis Nuc. & quodlibet quarterium dicte ciuitatis, & ſpeciales perſonas de receptatione exbannitorum, & qlibet poſſit denũptiare, & accuſare, & reperti culpabiles puniantur penis pdictis. Itẽ dicimus ꝙ ſi aliqs receptauerit alqm alium exbannitum pro aliquo alio maleficio ſoluat cõi nõine banni x. lib. den. dũmodo dictus exbannitus ſiue condẽnatus ſic receptatus fuerit in banno, vel condẽn i 50. lib. den. vel ſupra. Et ſi aliqs exbannitus ſtaret publice per vnum diem, vel plures in aliquo caſtro, vel villa cõis Nuce. & hõies ipſius caſtri, vel ville non caperent, & curie dicti cõis non pſentarent ſi exbannitus fuerit in perſonã dictis de cauſis homines dictorũ caſtrorum, & villarum in 50. lib. condemnetur.

De pœna extrahentis terminos inter ſe & conuicinum. Cap. 55.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nemo de ciuitate vel deſtrictu Nuce. extra terminet aut terminos trahat inter ſe & ſuum conuicinum, vel conſortem, ſine licentia ſui cõuicini & conſortis, & ſi terminos miſerit & extraſſerit, ſeu mutauerit ſine partium voluntate, aut ſine licentiã poteſtatis iudicis, vel priorum, in 50. lib. den. cõi Nuce. condẽnetur. Et ſiqs aſconderit, ſeu celauerit terminos extrahentes in terrã ſuam, & conuicini ſui ſiue conſortis, ita ꝙ non appareat oĩbus euidenter in .x. lib. cõi Nuce. condẽnet. Et ad probandum pdicta ſufficiat fama publica cum vno teſte de viſu, & habeat pro legitima probatione. Item ſiqs extraxerit terminos laborando, & inde fuerit extractus aliqs terminus q pro aliquo termino iacuiſſet, & q potuiſſet pro aliquo termino reperiri puniatur in 100. ſol. pro quolibet, & qualibet vice: Si qrela orta fuerit, & facta per ſuũ cõſortẽ corã curia dicti cõis. Et ſuper hiis inquiratur, & procedat contra delinqũtes, & repertos culpabiles puniat. Item dicimus, ꝙ nulla perſona debeat ad propinquare ſe termino labborando, vel aliquid aliud faciendo per vnum ſe miſſem circũ circa ipſum terminum, pęna contrafacientẽ 40. ſol. pro quolibet, & qualibet vice. Et ad hoc ſufficiat pbatio ſupradicta. Et ꝙ nulli liceat plantare aliq arborem iuxta ipſos terminos, ad tres ſe miſſos, & qui contrafecerit eadem pęna puniat. Et nihilominus teneatur dictam arborem remouere ad petitionem cuiuſcumq; petentis.

De pœna facientis Guerram Cõis Nucerij. Cap. 56.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ quicũq; fecerit Rebellationẽ, vel guerrã cõi Nuc. furcis ſuſpendat, itaꝙ moriatur. Itẽ nemo debeat acceptare, vel exercere aliquod officiũ capitanze, vel dñii aliquo titulo, vel colore niſi illud datum eſſet per formã alicuius capituli, aut reformationis dicti cõis facte in generali conſilio dicti cõis, nec ſtudium, nec operã dare ꝙ rumor naſcatur inciuitate, aut per quod gens dicte ciuitatis veniat ad arma, & qui contrafecerit in mille lib. condẽnet. Et ſi non ſoluerit quantitatẽ pdictã infra x. dies poſt cõdẽnationem factã, pena capitis puniatur, itaquod moriatur. Et ſuper hiis põtas iudex, vel vicarius teneantur, pena 50. lib. ad requiſitionem priorum, & per ſe de prædictis per inquiſitionem procedere omni modo quo melius poteſt.

De pœna infamantis aliquē de ꝓditione,& turbatione pacifici ſtatꝰ Cap. 57.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqua perſona ciuitatis,vel deſtrictus Nuce. diffamauerit aliq̃m de dicta ciuitate,& deſtrictu doloſe,& fraudulenter de prodimento ipſius ciuitatis,vel caſtrorum,vel fortillitiarum ipſius,vel ipſum diffamauerit de turbatione pacifici ſtatus dicte ciuitatis,vel de aliquo alio crimine ſimili, vel ꝙ ad p̄dicta poſſet modo aliquo adactari talis diffamator in 100. lib. den. cōi Nuce. condēnet̃ ſine aliquo beneficio,q̃ condēnationē ſoluere teneatur integre,nec in ea ſoluenda gaudeat aliquo beneficio ſibi conceſſo per formā alicuius capituli ſtatutorū dicti cōis,& ſi poneretur in banno propter ſuā contumaciā,& aliquis eum caperet,& infortiā cōis duceret nullam partē dicte condēnationis debeat percipere,vel habere. Et ad probandū diffamationē p̄dictā ſufficiat probatio duorū teſtium de auditu. Et ſi talis diffamator de huius diffamatione fuerit accuſatus,vel inquiſitus,& talem diffamationē non probauerit infra terminum a ſtatuto permiſſum puniatur ea,pęna qua puniri deberet diffamatus ſm̃ formā ſtatutorum dicti cōis de hac materia loquentis.

De pœna non probantis accuſationem per ſe factam Cap. 58.

ITem ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona de ciuite,vel deſtrictu Nuc. accuſauerit denūptiauerit aliquē ciuem noſtrū de crimine atroci puta prodimento ciuitatis p̄dicte turbatione pacifici ſtatus eiuſdem,de furto & robbaria,& de falſitate vel aliquo eorum,& ipſam accuſationē,vel denūptiationē talis ꝓmotor non probauerit in totum,vel in partē condēnetur cōi Nuce. ea pęna qua puniri deberet talis accuſatus ſi contra eum probata fuerit accuſatio ſupradicta ſm̃ formā ſtatutorum dicti cōis,de hac materia loquentis: Si vero de alio quocūq; crimine ipſam denunptiationē obtulerit,& ipſas denunptiat. non probauerit condēnetur cōi p̄dicto in 100. ſol. den.pro quolibet,& qualibet vice. Si vero promotor talis fuerit forenſis in duplo dicte pęne ſententialiter cōdēnet̃. Et prædicta non intelligatur in baiulis,& officialibꝰ dicti cōis denūptiare debentibꝰ maleficia vigore alicuius capituli ſtatutorum dicti cōis,denumptiare debentibꝰ maleficia quos ab omni pena volumus,& decernimus abſolutos.

De pœna dānificatis Cōmune Nucerii. Cap. 59.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nemo de ciuitate,vel deſtrictu Nuce. vel aliunde audeat,vel p̄ſumat aliquo colore q̃ſito contra rem publicā dicte ciuitatis indebite,& iniuſte aliquid ſubtrahere,vel emoliri indānum,& præiudicium rei publice ſupradicte,& in opprobrium verecundiā,& dedecus officii dn̄orum priorum,ac dn̄i poteſtatis, & ſue curię. Et qui contrafecerit dicto cōi Nuce. condēnetur in 100. lib.den. pro quolibet,& qualibet vice. Et nihilominus oīa dāna,& intereſſe dicto cōi debeat emendari.

De pœna retinentium aliqua bona,& pecuniā Cōis. Cap. 60.

ITem ſtatuimus ꝙ q̃libet perſona q̃ haberet, vel teneret aliqua bona mobilia, vel īmobilia cōis Nuce. vbicūq;,& infra q̃cūq; latera confinata vel ſituata,& quibuſcūq; nōibꝰ nuncupata,vel aliquas ſcripturas publicas,vel priuatas pertinentes, & ſpectantes ad dictum cōe teneatur,& debeat infra menſem a die publicationis huius ſtatuti computādum reaſſignare,& reſtituere dn̄is prioribꝰ,& cam̄ dicti cōis q pro tp̄e fuerit. Et qcūq; deberet ſoluere dicto cōi,vel reſtituere in dicto cōi aliquā quantitatē pecunie quacūq; de cauſa teneatur,& debeat infra dictum terminum ſoluiſſe ac reſtituiſſe dicto Cammerario pro dicto cōi recip. Et quicūq; contrafecerit vel neglexerit in p̄dictis , aut aliquo p̄dictorū ſoluat nōine pene quartum plus eius, ꝙ deberet reddẽ ſeu quantum plus extimationis rei q̃ non reſtituerit. Et ꝙ pōtas q pro tp̄e fuerit,& priores faciant p̄dicta bāniri facere tribꝰ vicibꝰ poſt publicat. huius capituli vȝ. quolibet die Mercurii proxime venturi q̃ pena dictus poteſtas faciat,& teneatur dictum contrafacientē ſeu negligentē cogere de facto ſoluere cam̄ cōis ſine aliqua diminutione,& ſolēnitate cuius quarti, ſeu pęne medietatē poſtq̃ peruenerit in cōi cam̄ dicti cōis teneatur,& debeat ſoluere dicto pōti abſq; aliqua apodiſſa. Et ſi quis edificaſſet,ſeu edificaret aliquod edificium ſuper terreno ſeu ſolo cōis Nuce. a maleficio 348. proxime præterito citra,& per ipſum tēpus teneatur,& debeat eleuare ſeu eleuari facere infra dictū tēpus vniꝰ menſis ad pęnā 50. lib. den.

den. exigendã,& applicandã de facto,vt dictũ eſt ſupra & modo,& ordine ſupradictis. Et nihilominus cogatur dictum hedificium eleuare,& notarius priorum teneatur,& debeat dicta bandimenta ſcribere.& regiſtrare in publico libro dicti cõis.

De Guerra non facienda. Cap. 61.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi contingeret facere Guerrã,ꝙ non poſſit niſi primo fuerit deliberatũ,& reformatum in conſilio ſiue arrenga cõis Nuce. & nulla perſona audiat,vel pſumat facere guerrã ſine licentia pdicti conſilii generalis,& q contrafecerit ſoluat cõi nomine banni mille lib. den. & poteſtas iudex,vel vicarius, qui pro tempore fuerint teneantur,& debeant ipſam condemnationem exigere,vel exigi facere pro cõi. Et ſi condemnationem non ſoluerit amputetur ſibi capud.

Quòd Põtas non poſſit confinare aliqm, niſi cum voluntate priorũ. Cap. 62.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ Põtas,Iudex,vel Vicarius cõis,non poſſit;nec debeat aliqm confinare,niſi cum voluntate priorum populi ciuitatis Nuc. cum quorum voluntate poſſit confinare ſi eis videbitur conuenire,& ad confines mictere longe, & ppe qualibet perſonã prout placuerit eis in ſpecta qualitate perſone,& maleficii cõmiſſi,& temporis qualitate,& pro quocũq; maleficio. Et qcũq; fuerit ad confines miſſus debeat ſtare,& morari in loco ſibi aſſignato per priores,& poteſtatẽ.Et inde non diſcedere ſine licentia poteſtatis,& priorũ,& q cõtrafecerit in banno ſibi ĩpoſito debeat condẽnari,& ipſam condẽnationem ſoluere cõi Nuce.Et qcũq; fuerit miſſus ad confines extra ciuitatem, & deſtrictum Nuce. ad aliqm locũ debeat fieri facere publicũ inſtrumentum de repreſentat. & ipſum poſtq̃ fuerit de confine reclamatus oſtendere corã põte,& prioribus dicte ciuitatis,ſub pęna ſibi ĩpoſita per poteſtatem predictum,inqua ſi contrafecerit debeat condemnari,& ſic in prædictis cum voluntate priorum poteſtas poſſit confinare, & aliter non,pęna 50. lib.

De pœna frangentium Pacem. Cap. 63.

ITem ſtatuimus ꝙ qcũq; de ciuitate,vel deſtrictu Nuce. feciſſet pacẽ, vel concordiam finẽ,& remiſſionem alicui perſone de dicta ciuitate,vel diſtrictu de delictis, exceſſib⁹ & iniuriis quibſcũq, habitis per ſe,vel alium ſuum propinquum ſponte,aut mandato poteſtatis per formã alicuius ſtatuti,& ipſam pacẽ,& remiſſionẽ fregerit,ſeu non obſeruauerit. Et poſt ea aliqs ipſorum contrahentium delictum cõmixerit contra alterũ,ꝙ talis delinquens condẽnetur in duplo eius,quo condẽnari deberet ex forma alicuius ſtatuti. Et poteſtas, iudex,vel vicarius,& priores cõis,qui pro tempore erunt, teneantur infra tertiam diem elapſis .x. dieb⁹,a die latę ſñtię facere,vel fieri facere executionem contra prædictos offendentes capitulo aliquo non obſtante. Et ſi iudex prædicta facere neglexerit in 100. lib. cõi Nuce. condemnetur.

De pœna Baliſtantium aucellantium,& lapides proicientium. Cap. 64.

ITem ſtatuimus ꝙ nulla perſona portet Baliſtã ad pulſam,vel palluctã per ciuitatẽ Nu. nec cum eis trahat aliq̃ pulſam,vel palluctã in ciuitate Nuce. Et q contrafecerit pro uicequalibet,qua baliſtauerit,& traxerit aliq̃ pulſam ſiue palluctã, in 20. ſol. cõi Nuce. condẽnetur. Item dicimus ꝙ nemo de ciuitate Nuc. vel deſtrictu. debeat capere,ſeu capi facere aliquẽ colũbum ſeu colũbos domeſticos,vel tuparellos cum aliquo igenio, ſeu rete, pęna cuilibet contrafacienti,& qualibet vice .x. lib.den. Itẽ nec aucellare cum bucino gratiozo,vel aliquo alio ingenio ad hoc neq; ad pagellas niſi cum enice auiũ paruorum,nec dicta ingenia,vel aliquod ipſorum actatum ad capiendum palũbos ad venacium,ſeu ad edeſcherium facere,ſeu edificare debeat: Et q contrafecerit in 25.lib.den. cõi Nuce. vice qualibet condẽnetur medietas cuius banni ſit cõis,& alia accuſatoris. & & emendet dãnum parienti: Et qlibet poſſit denũptiare & accuſare,& habeat medietatem banni: Volumus ẽt ꝙ cuilibet prohicienti lapidẽ ad colũbos ſit,pęna 20. ſol. den. ꝑ qualibet vice. Et hoc non habeat locum in aliquo blado,vel re alterius, in quo caſu liceat dño,& eius familie proicere,& occidere cum lapide,ſeu baliſta,vel pallocteria. Itẽ ſiqs proiecerit lapides ſuper aliquod colũbariũ,ſeu domum vbi eſſent colubi noctis tẽpore,vel rẽ aliã proiecerit,ſeu boctauerit per quod dicti colũbi ſint fugati, vel pauentati

puniatur pro quolibet,& qualibet vice in 50. lib. den. Si vero de die cõmitteret pdicta vel aliquod pdictorum,puniat in .x. lib. den: Si aũt proiecerit lapides,vel aliquod aliud ſupra domũ,vel cappãnã habitatã alicuius ſi de nocte puniatur in .x. lib.den. Si vero de die puniatur pro quolibet,& qualibet vice in 100. ſol. den. Et in oib⁹ & ſingulis caſibus pdictis emendet dãnum patienti, & poteſtas Iudex,vel vicarius,aut notarius maleficiorum poſſint,& debeant de prædictis inquiſitionem facere,& repertos culpapiles punire & condemnare in pęnis prædictis. Et hoc baniatur,de menſe Ianuarij.

De pœna laborantis Terras cõis,& qualiter fiat ſcindicus ad locandũ Cap. 65.

ITem ſtatuimus ꝙ nemo de ciuitate Nuc. vel deſtrictu audeat laborare tarras cõis poſitas in bay. giſte ſomaregie,Sdagni,vallis flodii,&terras exiſtentes iuxta molendina cõis,vel alibi cultas,& incultas,niſi haberet ad coptimum ſiue laboritiũ,a ſcindico cõis ad hęc ſpetialiter deputato de ꝗbus teneatur reſpondere cam̃ cõis. Et contrafaciens in .x. lib. cõi vice qualibet condẽnet: Et ad reſtitutionẽ fructuũ perceptorum de terris p/dictis,& ꝗlibet poſſit denũtiare & accuſare,& habeat medietatẽ bãni: Et ſcindicus cõis Nuce. teneat bis in anno .ſ. de menſ. Ianuarii,& Iulii recuperare dictas terras, & reallocare pro cõi bona fide ad laboritium,ſiue coptimum ſicut ei videbit conuenire. Et ꝙ faciat cuſtodiri ſiluas cõis,pęna Scindico .x. lib. den. Volumus ẽt ꝙ quilibet ſcindicus,vel officialis qui iret ad recuperandum tenutas ipſarum rerum ſemper defendatur expenſis cõis Nuce. ſi dicta de cauſa moleſtaretur ab aliquo.

De beneficio conceſſo capientibus exbannitos. Cap. 66.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ad hoc, vt nulla maleficia remaneant ĩpunita ꝙ ſi aliqs exbannitus cõis Nuce. caperet,& duceret aliqm exbannitum,vel condẽnatum in pſonam pro prodimento,& turbatione pacifici ſtatus dicti cõis,q talis exbannitus ducẽs aliqm de dictis exbannitis ex dictis de cauſis,vel aliqua ipſarum extrahat de omni bãno & habeat pro bono ciue ciuitatis Nuce. & defendatur expenſis cõis in qualibet curia, ſi occaſione dicte captionis procederet contra eum,& habeat & habere debeat, de auere cõis Nuce. 50. lib. den. & non plus. Itẽ ſi ꝗs duxerit aliqm alium exbannitum,pro quocũq; alio maleficio,habeat medietatẽ banni,vel condemñ. facte de eo,in quo fuiſſet incurſus conductus a dicto capto exbãnito,& ducto: Et hoc a decẽ lib. ſupra a decẽ vero libris infra nullã partẽ habeat,ita ꝙ medietas condẽnationis, & exbãnimẽti ĩ quo fuiſſet incurſus conductus veniat in cõi,& aliã partẽ habeat capiens exbannitũ pdictũ: Et hoc facto notarius cam̃ qui pro tpe erit poſſit ipſam condemnationem caſſare de libris dicti cõmunis. Et dicto beneficio non gaudeat appellans & conuictus ĩ cauſa appellationis.

Quòd Põtas,& ſui officiales faciant executiones de condẽnationibus Cap. 67.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ põtas,iudex,vel vicarius teneant, & debeant executionem facere omnium condẽnationũ,& ſententiarum pro mĺgat. tpe eorum officii, & pdeceſſorum,tã in aliqua quantitate pecunie,ꝗ in aliꝗ quantitate muri,murãdi incirca mure dicti cõis, de oĩbus illis perſonis,ꝗ condẽnate fuerint,& ꝗ poſſunt perſonaliter ſiue realiter conueniri. Et quantitates pecunie deueniant in cõi. Et quantitatẽ muri fieri faciant,& murari in circha murorũ dicte ciuitatis,& alibi non. Et illud idẽ dicimus obſeruandum,& obſeruari debere per eos in executione datiuarũ ĩpoſitarum tpe eorũ officii,& pdeceſſorum. Que ꝗdem oĩa ꝗlibet poteſtas Iudex,&vicarius cõis Nuce.tpe ſui officii facere teneantur,pena poteſtati 100. lib. den. Iudici,& aliis officialibus ſuis 25. lib. den. pro quolibet. Et hec fiant abſq; alio ſalario. Et ſi contrafecerit in pdictis, dicta quantitas in qua aliꝗs,ſeu aliꝗ condẽnati fuiſſent,vt ſupra dictũ eſt in ſalario dicti poteſtatis,& ſuorum officialium cõputetur aliquo alio capitulo ſtatutorum in contrarium loquente,non obſtante ſummarie abſq; alia condẽnatione de pdictis fienda de eis.

De pœna blaſfemantis ciuitatem Nucerii. Cap. 68.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nulla perſona audeat,vel pſumat blaſfemare propriam patriã noſtrã Niuitatis Nuce. vel verbis iniuriari. Et ꝗ contrafecerit ſi blaſfemauerit

et dixerit

& dixerit, deus deſtruat hanc ciuitatē, vel ciuitatē Nuce ſeu hec ciuitas deſoletur, aut in populū, vel homines Nuce veniat lama, aut aliq̄ aliā blasfemiam ſiue verbum quod p̄dictis poſſit adaptari ſoluat pro quolibet dictorū verborū, & blasfemiarū ꝓ qualibet vice 10. lib. ſi vero dixerit aliud verbū iniurioſum, vt hoc ſit in mala hora ꝑ iſta terra, aut hominib⁹ huius terre ſoluat cōi nōine bāni 100. ſol. Et ſi dixerit aliquod aliud verbū q̄ de p̄dictis, quòd p̄dictis poſſit ſimulari ſimili, pena puniat̄. Et cōtra faciētes ī p̄dictis q̄libet poſſit accuſare ipſiuſq; nomē teneat̄ ſecretū, & habeat medietatē banni, dūmodo ꝓbet legitime ſupradicta. Et hoc banniat̄ quolibet menſe die dominico. Et pōtas Iudex, vel vicarius prædicta faciant obſeruari, pena pōti, & iudici 50. lib. den.

De pœna Poteſtatis facientis aliquam addunantiam. Cap. 69.

ITē ſtatuimus, & ordinam⁹ ꝙ Poteſtas Iudex, vel vicarius, vel queuis ſpecialis perſona vinculo iuramenti non debeat in ciuitate Nuce. vel eius diſtrictu, aliq̄ addunantiam conſilium, vel arrengam facere, nec aliqua ordinamenta, nec cōſtitutiones, niſi proceſſerit de voluntate priorum cōis Nuce. & aliter nō poſſit fieri, pena cōtrafacienti qualibet vice 200. lib. den. Et q̄cūq; in dicta addunantia conſilio, vel arrenga interfuerit in 25. lib. den. cōi Nuce. condēnetur, & nihilominus conſtituta, & ordinata ſint caſſa, irrita, & nullus valoris niſi de voluntate priorum proceſſerit, vt dictum eſt. Et p̄dicta banniat̄ quolibet menſe in foro Nucerino. Poſſint tñ capitanei quarteriorum, & ſcindici bayliarum de die congregari facere homines ſue bay. & quarterii, pro eorum factis, & negociis, tamen prouidendis ſine licentia aliqua.

Quòd nullus trahat tp̄e rumoris, niſi ad poteſtatē priores & Capitaneos Cap. 70.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ Macellarij q obligati ſunt:Et pro futuro tp̄e obligabūtur facere vel vendere carnes in ciuitate Nuce. faciant,& teneantur facere,vel vendere carnes bonas,& nectas cōtinue de Porcis,& Caſtratis,Bobus,ſiue vaccis, carnes ſcrofinas,Caprinas,& pecudinas,ſiue Aininas,vt inferius ſcriptum eſt , & ēt declaratum ad abbundantiā & ſufficientiā:Et debeant ipſas carnes dare,&vendere pro illo p̄tio quo dabuntur & vendentur in terris circuſtantibus,& non pluri. Et ꝙ priores cōis teneātur mictere quolibet menſe apud Fulgineū ad ſciendum qualiter,& pro quanto p̄tio libra carnium cuiuslibet manerici detur,& vendatur pro eo p̄tio quo dabuntur, & vendētur ibi dare,& vendere debeant macellarii vendentes carnes in ciuitate Nuce. de ducta gabello,& non plura,quē ordinē dicti priores Nuce. aſſignent dictis macellariis,& ſi macellarii contrafecerint condēnentur pro quolibet,& qualibet vice in 100. ſol. den. Et pōtas teneatur de menſe Ian. publice facere banniri,ꝙ quilibet volens facere carnes continue faciat ſe ſcribi per nota. priorum infra 15. dierum ſpatium,& promiſſionē faciat de obſeruando oīa contenta in dicto capitulo. Et dicti tales venientes,& promictētes poſſint facere carnes,& alii non,pena contrafacienti pro quolibet,& qualibet vice 100. ſol. de. Et qlibet poſſit denuntiare,& accuſare,& habeat medietatē banni,& credat̄ ſacramento accuſatoris cum vno teſte de viſu.Et hoc non intelligatur in carnibꝰ morticinis vitioſis,& magagnatis q̄ libbere & impune vendi poſſint per quēlibet extra ciuitatem Nuce. portas q̄ clauduntur. Et ibi dictas carnes qlibet poſſit macellare,& vendere,& alias carnes ibi vendere non poſſint ad dictā penam. Et nullus ipſas carnes vitioſas, morticinas, & magagnatas apportet,vel apportari faciat intra dictas portas,pena pro quolibet contrafaciente qualibet vice 100. ſol. den. cōi Nuce. applican. Itē ꝙ dicti macellarii q venient & promictent vt ſupra dictum eſt poſſint & valeant macellare ab androno poſito iuxta locum dñarum .s. Marię,& Agnelutium margantis ſupra verſus plateā dicte ciuitatis,& a porta vſq; ad dictum andronē in quocūq; loco ipſi volent infra dictos terminos,& ſenaitas & non alibi, pena cuilibet contrafacienti pro quolibet,& qualibet vice, 100. ſol. den. communi Nuce. applicañ. Item volumus quòd nullus poſſit promictere aliquam bancam infra portas ſancti Franciſci , & ſancti Andreę, nec ſibi liceat aliquas carnes facere , macellare , nec vendere niſi promictant carnes facere bonas , & nectas ac vendere ab androne loci dñarum ſupra pena cuilibet contrafacienti decem lib. den. pro quolibet contrafacienti . Et nec dicti macellarii poſſint nec debeant inter ſe in dicta arte facere comunellas nec ſotietates niſi duo ſimul,& ſolum ad vnam bancam ſupra,& aliā infra. Et ſic de ſingulis,& non poſſint nec debeant aliq̄ beſtiā inter duas bācas,vel plures occidere,& interpartire,nec poſſint,nec debeant carnes alicui petenti ꝓ denariis ſuis renuere ĩmo ipſas carnes dare vendere,ac incidere vbicūq; & in quocunq; membro prout petierit talis emere volens a duobꝰ libris ſupra,pena cuilibet contrafacienti ꝓ quolibet,et qualibet vice 20. ſol. de. Et debeāt dictas carnes dicti macellarii facere hoc modo,ad penam p̄dictā vʒ. carnes porcinas,caſtratinas,et bouinas,bonas , et

nectas

542

nectis in vna banchi per ſe infra dictis ſenaitas carnes ſcrofinas,pecudinas,& caprinas debeant tantum vendere infra portã .s. Andreę,& .s. Franciſci,pena cuilibet contrafa/cienti pro quolibet,& qualibet vice 100. ſol. den. cõi Nuce. applicañ. & pro qualibet banchi,qua dicti macellarii facerent infra dictas portas .s. Andreę,&.s. Franciſci,ad q̃ non poſſint eſſe niſi duo macellarii ſoluant cam̃ dicti cõis in feſto .s. Marię de Auguſto quatuor lib. den. Et debeant ipſi macellarii vendere librã carnium ſcrofinarum,pecudinarum ,& bouinarum pro eo ꝑtio,quod declarabunt priores q. pro tꝑe fuerint. Carnes vero porcastre caſtrate vt inferius ſcriptũ eſt,pena cuilibet contrafacienti pro quolibet & qualibet vice 20. ſol. den. cõi Nuce. applicañ. Dũmodo libre carnium ſcrofinarum, & pecudinarum ꝑtium non aſcendat vltra 6. den. pro qualibet libra. Et ꝙ nullus macellarius interficiat aliq̃ beſtiã inſtrada publica,aut in platea,vel ſanguinẽ proiiciat,vel aliquã bructurã,aut turpitudinẽ faciat,pena 20. ſol. pro quolibet,& qualibet vice. Et hoc banniaẽ de menſe Ian. Itẽ ꝙ anteq̃ macellarii ſquartent beſtias caſtratinas,& porcinas maſculinas quas ibi volunt,& volent vendere,vel donare prius facere debeant ſigillare, per notarium D. Priorum,q. pro tẽpore fuerint,cum cera rubea in ſex locis v3. in gãbis,ſiue pedib⁹, in flanchis cum filo ſigillato ꝙ non poſſit trahi,neq; mitti ad aliũ locũ , & ad alias gãbas. Et carnes v3. ſcrofinas,pecudinas,& caprinas,inſimilibus locis,& modis cum cera alba. Carnes vero bouine,& de caprictis poſſint vendi ſine ſigillo. Et ſi cõtrafecerint ſoluant cõi nõine banni pro quolibet,& qualibet vice 40. ſol. den. abſq; aliqua diminutione,& nullo beneficio ſtatutorum gaudeãt. Itẽ ꝙ non dentur carnes vnius manerici,vel conditionis pro alia conditione vel manerie neq; vendant.Et q. contrafecerit condẽnetur pro uice qualibet in 100. ſol. den. Itẽ intelligatur dare carnes vnius conditionis pro alia,q̃ñ darent carnes ſcrofinas pro carnib⁹ porcelli, aut carnes verri ꝓ carnibus porci ſanati,vel carnes aininas pro caſtratinis carnib⁹,& ſic de ſingulis.Item ꝙ a quatuor lib. infra carnium ꝓdictarum debeant ponderari cum belanciis, & non cũ ſtateriis,pena 20. ſol. pro quolibet,& qualibet vice. Itẽ ꝙ macellarii non ponderent , neq; faciant ponderare ad pondus cum illis carnib⁹ vel cum aliis,vel per ſe gãbas, vel gacioppas,pena 5. ſol pro qualibet vice,& qualibet vngula gãba, vel gacioppa , & ipſi teneanẽ iurare,eorum artẽ exercere continuo bona fide,& in oĩb⁹ & ſingulis ſupra dictis q. libet poſſit eſſe denunptiator,& accuſator,& habeat medietatẽ banni.Et cũ vno teſte ſibi credatur,& nomen eius teneaẽ in ſecretum. Et poteſtas & eius iudex,& notarius teneaẽ dictum cap'm facere firmiter obſeruari,& facere quolibet menſe generalẽ inq̃ſitionẽ cõtra oẽs de cap'is ſupra dictis. Itẽ ꝙ dicta eorum pondera debeant adiuſtare ad marcum iuſtum cõis Nuce.Et ipſa ſignari ſignõ quodã ſicut placuerit notario maleficiorum,& ꝙ ipſe notarius q. protꝑe fuerit quolibet die debeat ire bis vel pluries,& ipſa ponderari reuidere ſignata,penes macellarios ſupradictos. Et ſoluat macellarius contrafaciens cõi nõine pene qualibet vice 20. ſol. den. Et dicti macellarii non debeant põderare agenu caſtronis infra ĩmo pedes vſq; adgenum incidere debeant,& ipſos pedes per ſe in bãcha retinere,pena notario q. non iuerit ad facieñ ꝓdicta 25. lib. & macellariis q. non inciderint & retinerent dictos pedes vt dictum eſt agenu infra pro quolibet, & qualibet vice, 40. ſol. den. Itẽ ꝙ ipſi macellarii non poſſint eſſe niſi duo ad vnam bancã, pena cuilibet contrafacienti.x. lib. pro quolibet eorum. Et teneanẽ ſoluere dicti macellarii in feſto .s. Marię de Auguſto cam̃ cõis Nuce.q. pro tꝑe fuerit pro qualibet banca quatuor lib. deñ Item volumus ꝙ priores q. pro tꝑe fuerint de menſe Ian. & Feb. operentur ꝙ per cõe habeaẽ vnum par belanciarum cum pondere cõis in loco vbi priorib⁹ videbitur, & q.cũq; voluerit reponderare carnes emptas per eum a macellariis poſſit reponderare ad dictas belancias. Et ſi carnes empte non fuerint iuſti ponderis condẽnetur cõi macellarius cõtrafaciens vice qualibet 20. ſol. den. Et ſi priores fuerint negligentes ad ꝓdicta facieñ condẽnetur in .x. lib. Et poteſtas,& vicarius,& ſui officiales teneanẽ ad penã 25. lib. de ſuo ſalario contrafacientes in ꝓdictis oĩb⁹ condeñ in penis ſuperius nõinatis. Et nullus macellarius in ſcindicatu ipſorũ priorum,&eorum not. debeat audiri contra eos in ſcindicatu ꝓdicto in aliq̃bus. Et notarius maleficiorũ teneatur & debeat vinculo iuramenti

& pena.x. lib. ſemel in anno ad minus perſcrutari pro contrafacientibus in prædictis. Et contra p̄dictos innobedientes inq̄rere, & q̄ voluerit facere carnes porcaſtre caſtrate faciat ipſas carnes ſigillari, vt ſupra dictum eſt, & ipſis carnibꝰ ſigillatis vendi poſſit, & debeat libere ipſarum carnium porcaſtre caſtrate minori p̄tio duorum den. q̃ lib. carniũ porcinarum & bouinarum ad dictã penã. Volumus ẽt ꝙ duobus diebꝰ ante feſtum natiuitatis vſq; ad octauã dicte natiuitatis q̄libet poſſit macellare, & vẽdere carnes vbicũq; placuerit ſine pena, & banno. Itẽ ſtatuimus, & ordinamus ꝙ intra portã .s. Franciſci vſq; ad portã .s. Andreę dicte ciuitatis excluſiue cuilibet ſit licitũ macellare, & vendere carnes bouinas, & non vitioſas, vel morboſas, neq; alio modo vetitas per formã ſtatutorum dicti cõis, abſq; pena, & banno ſtatuto aliquo loquente in contrarium non obſtante.

De Sartoribꝰ, Teſſetricibꝰ, & aliis artificibꝰ, & eorum ſalario. Cap. 114.

ITẽ ſtatuimus ꝙ Sartores ciuitatis, & deſtrictus Nuce. & Teſtrices dicte ciuitatis & diſtrictus de ipſorum & ipſarum, & cuiuslibet earum artificio ſiue laboritio ſolui ſibi faciant hoc mõ & ordine in ſraſcriptis vʒ. ſartores primo pro qualibet tunica panni groſſi 5. ſol. & pro qualibet clamide dicti panni quatuor ſol. Itẽ pro quolibet caputeo, & pari caligarum 18. den. pro quolibet. Itẽ pro qualibet tunica mulieris de pãno groſſo 6. ſol. Item pro qualibet intremezata, & tunica refacta mulieris. 8. ſol. Item pro qualibet tunica mulieris de panno valoris 50. ſol. pro bracchio, & ab inde ſupra x. ſol. & totidem de clamide, & totidẽ de guarnacia. Itẽ pro qualibet tunica hõis dicti valoris, & ab inde ſupra 8. ſol. & totidẽ de mantello, & hoc intelligat̃ in maioribꝰ 14. anñ. in minoribꝰ aũt accipiant pro dĩa. Item pro quolibet birrecto 12. den. Itẽ pro ſotura duploidis 30. ſol. den. beñ & ſufficienter ſuti. Et hoc in maioribꝰ, in minoribꝰ aũt, vt ſupra dictum eſt pro dimidia faciant ſibi ſolui. Itẽ pro ſotura ſcoffonum ſeu calzolorũ pro mulieribꝰ 12. den. pro manicis q̃ fiunt & reponuntur in tunicis 2. ſol. pro quolibet pari manicharum. Item pro rem pedatura caligarum x. den. Et pro reimpedatura calzolorum 8. den. Teſtrices vero ſibi ſolui faciant hoc modo vʒ. ꝓ quolibet brachio panni lane de q̄nq; legaminibꝰ 5 den. de ſex legaminibus 6. den. pro quolibet bracchio panni groſſi ſchitti x. den. de panno lineo ad 4. litia 2. ſol. pro panno lineo x. & 12. legamibꝰ 15. den. pro quolibet bracchio: pro panno in 12. legamibꝰ 18. den. pro quolibet brachio. & de panno a 12. legamibꝰ ſupra quantumcũq; 2. ſol. pro quolibet bracchio: Et bracchium huius modi ſemper intelligatur ad brachium magnum ſcultum, & deſignatum in palatio cõis. Itẽ ꝙ magiſtri lapidum, & lignorum faciant ſibi ſolui hoc modo vʒ. de menſibꝰ Nouembris Decẽbris, & Iañ. pro quolibet die 8. ſol. de menſe vero Februarii x. ſol. De menſe autẽ Martii, & Aprilis 12. ſol. De menſibꝰ Maii, Iunii, & Iulii, tres ancõn, de menſibꝰ Auguſti, Setembris, & Octobris x. ſol. pro quolibet & qualibet die. Et pro cauatura & accuipezzatura cuiuslibet canne lapidum alborum 5. lib. & rubrorum 4. lib. den. Item dicti magiſtri lignaminis ſibi ſolui faciant pro quolibet pede tinelli, ſeu tinelle x. ſol. pro quolibet pari barilium 25. pro quolibet pari bigonzarum 18. ſol. pro quolibet menzingo 8 ſol. pro quolibet circulo barilium, ſeu bigonzarum de lignamine magr̃i 18. den. & ſi aliquis ex p̄dictis ſibi ſolui fecerit contra modum & ordinẽ ſupradictum vel renunptiauerit, ſeu contẽpſerit eorum artem operari alicui petenti puniatur in 40. ſol. pro quolibet & qualibet vice. Et nullo gaudeat beneficio. Et quilibet poſſit denunptiare, & accuſare & habeat medietatem banni. Et credatur ſacramento accuſatoris vel denunptiatoris. Et bayuli bailiarum deſtrictus Nuce. & cuſtodes celati de ciuitate, & quilibet ipſorum teneantur & debeant contrafacientes referre, & denũptiare pena cuilibet ipſorum non referenti 100. ſol. den. pro vice qualibet. Et poteſtas & alii officiales teneantur & debeant vinculo iuramenti, & pena 25. lib den. pro quolibet & qualibet vice p̄dicta obſeruare, & obſeruari facere, & banniantur quolibet menſe.

Quòd Broccula cõis reſpondeat cum pecicto Cap. 115

ITem ſtatuimus ꝙ priores qui erunt de proxime futuri menſe Iañ, & Feb̃. procurent & ordinent taliter, quòd Brocchula Vini reſpondeat peticto, dummodo petictus non minuatur.

Quòd

Quòd factores dupleriorum faciant papiros Bōbicis. Cap. 116.

ITē ſtatuimus ꝙ quilibet artifex ſiue Speciarius q̄ faceret dupleria,& candelas de cera in ciuitate Nuce. teneantur,& debeant ipſa dupleria,& candelas facere cum papiris de bōbicine,& non de accia. Et ſiq̄s contrafecerit condēnetur cōi Nuce. nōine,pene in 100. ſol. den. pro vice qualibet,q̄ contrafecerit in p̄dictis. Itē volumus ꝙ artifices, ſiue ſpetiarii non debeant inter ſe ſimul pactionē,vel legationē facere de vendendo ceram, vel alias res certo determinato p̄tio,& non minori,pena 25. lib. den. pro quolibet eorū & qualibet vice. Et ꝙ notarius maleficiorum teneaт̄ ſub pena p̄ſtiti ſacramenti,& x. lib. facere inquiſitionē de p̄dictis ſemel in menſe. Et hoc banniatur de menſe Ianuarii,& iurare faciat dict⁹ notarius dictos artifices,ſiue ſpetiarios de menſe Ianuarii vel Iulii quòd non faciant contra predicta.

De pœna ementium ante nonas,& vbi pizzicaroli permaneant Cap. 117.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nulla perſona terrigena, vel foren. audeat vel p̄ſumat die fori Dñico,& aliis dieb⁹ ſeptimane aliquod emere ingroſſum,vel adminutū cauſa reuendendi v3. oua,pullos,lepores,ſtarnas,vel aliud ſimile carnes ſalitas,caſeum,lōſas, ſpallas,olera fructus pomorum cuiuſcūq; generis,& cōditionis exiſtat,niſi in platea cōis ciuitatis Nucerii,& niſi poſt horā none illi⁹ eiuſdē diei,pena cuilibet contrafacienti 20. ſol. den. cōis Nuce. applicañ. Et nullus pizicarolus,vel pizicarola reuendolus,vel reuendola audeat,vel p̄ſumat alibi tenere res ad vendendum q̄ in platea q̄ intelligat̄ a ſportello iuxta domum epiſcopatus,& filiorū magiſtri Franciſci ſurſum verſus patentes partes plateę,ad penā 20. ſol. proquolibet & qualibet vice. Et oēs,& ſinguli pizicaroli, & pizicarole,& alii q̄libet,& ēt venditores vaſorum cuiuſcūq, manerici,& lepores,pernices,turdos,& alias aues,ſilueſtres,ſeu domeſticas teneanт̄,& debeant quolibet die Mercurii,die Dominico,totius anni,& feſto .s. Marię de menſe Auguſti,& .s. Feliciſſimi,& .s. Raynaldi,ſtare & vendere res p̄dictas,& tenere in platea dicti cōis,ad penā p̄dictam, pro quolibet & qualibet vice,aliis vero dieb⁹,& tēporib⁹ poſſint & valeant ſine pena,& banno vendere res p̄dictas,aut aliq̄ ipſarum,penes domū ipſorum,aut domum quas ad peñionē conduxerint. Et hęc banniant̄ de menſe Martii proxime venturi. Itē ꝙ a porta noua mercatalis,& a carcerib⁹ infra verſus,& vſq; ad plateā p̄dictā aliquo t̄pe totius anni vendi non poſſint,nec debeant per aliquē,vel aliquos res p̄dicte,aut aliqua eorum ad penā p̄dictā pro quolibet,& qualibet vice. Et ſimiliter merciarii forenſes,& mercatores pannorum contra foreñ venderenon poſſint eorum mercantias, niſi in platea quolibet t̄pe anni. Et notarius cuſtodię teneatur & debeat bis in die quolibet p̄dictorum ire perſonaliter ad inueniendum p̄dicta,pena notario cōtra facienti 100. ſol. den. Et quilibet poſſit de p̄dictis,& quolibet p̄dictorum accuſare,& denunptiare,& habeat medietatem banni,& eius nomen teneatur in ſecreto dum tñ per ſacramentū affirmet. Et banniatur hoc quolibet menſe itaquòd poſſit ad notitiā peruenire. Et nihilominus per priores qui pro t̄pe fuerint duo cuſtodes celati fiant quorū relationi per ſacramenta ſtetur,& credatur in quolibet capitulo prædictorum,& renouent̄ quolibet prioratu.

De pœna nominantis aliquē ambaſciatorem in conſilio Cap. 118.

ITem ſtatuimus quòd nullus conſiliarius debeat nominare ſpetialiter aliquam perſonam in conſilio pro eundo in aliq̄ ambaſciatam,& qui contrafecerit ſoluat communi nomine banni pro qualibet vice 100. ſol. den.

De pœna lauantium ad Fontes. Cap. 119.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nulla perſona de ciuitate,vel deſtrictu Nuce. vel foreñ abluat pānos,vel aliq̄ bructurā faciat in aliquo fonte,vel in aliquo troccho ſiue abbeueratorio Fontis ciuitatis,& deſtrictus Nuce. vel iuxta fontem ad x. pedes,pena 20. ſol. pro qualibet vice exigeñ ſūmarie & de facto,& ſolueñ cam̄ cōis pro ipſo cōi recipienti, & cuilibet liceat accuſare,& denūptiare & habeat medietatē banni, & eius nomen teneatur in ſecret. & notari⁹ poteſtatis teneatur,& debeat rimari pro p̄dictis,& de p̄dictis inquirere abayulis,& aliis q̄buſcūq; perſonis,pena ſibi notario ſi fuerit negligens in predictis .x. lib. den. pro qualibet vice,& ſi aliqua perſona ſpirauerit, ſeu ſcutauerit ipſos

O

fontes,vel aliquem eorum abſq; licentia dicti notarii,pena x. lib. den. cõi Nuce. applicanda condemnetur.

De pœna magiſtrorum circulorũ non apportantium circulos Cap. 120.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ qcũq; de ciuitate Nuce.vel eius deſtrictu faceret,vel ſolitus eſſet facere circulos cauſa vendendi teneaẽ & debeat aportare, ſeu aportari facere ad ciuitatẽ Nuce. in platea ipſius ciuitatis,& aſſignare notario priorum dicti cõis de menſe Septẽbris,ſiue infra octo dies intrãtis menſis octobris quolibet anno bonas duas ſalmas bonorum circulorum ipſos vendere in dicta ciuitate,& qui contrafecerit ſoluat cõi nõine banni 40. ſol. den. & ſi aliqs p̃dictorum vellet ſe excuſare,& probare quòd in dicto anno non fecerit circulos cauſa vendendi,ad penam aliquam minime teneatur. Et prædicta banniantur de menſe Iulii.

Quòd nullus poſſit ſubtrahere officium dominorum Priorum. Cap. 121.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nemo audeat,vel p̃ſumat directe, vel per obliquum aliquo queſito colore ſubtrahere,ſeu minuere officium dñorum priorum, ſiue aliorum officialium tã electorum q̃ eligendorum,nec procurare palã,vel ſecrete ꝙ officium ipſorum vel alterius eorum tollaẽ,vel minuatur ſiue in aliquo derogetur, ſed ſemper augumentetur,& augeaẽ,& manu teneaẽ per poteſtatẽ,& alios officiales dicti cõis q pro t̃pe fuerint,pena poteſtati,& cuilibet cõtrafacienti in p̃dictis,&quolibet p̃dictorum quingẽtarum lib.den. q̃ penã ſi delinquens non ſoluerit capite puniaẽ,itaquòd moriatur.

De pena negantis ſe ciuem,& alienantis contra formã ſtatutorũ Cap. 122.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqs forenſis q ſe fecerit ciuẽ ciuitatis Nuc. a 25.annis citra,&per ipſum tẽpus alienaſſet aliq̃ ſuã poſſeſſionẽ contra formã ſtatutorũ dicti cõis,vel negaſſet,vel negaret ſe eſſe ciuẽ dicte ciuitat. & non feciſſet,vel faceret alias factiones quas teneẽ,& debet ſm̃ formã ſtatutorum dicti cõis,& ſue citadinantie ꝙ ipſo facto ſit priuatus ſua citadinantia aũte p̃ñtis ſtatuti,& ſit priuatus omni priuilegio, quòd haberet vel habere poſſet occaſione ſue citadinantie,& nihilominus ſubiaceat aliis penis contentis in p̃ñti volumine ſtatutorum. Et quòd q̃cũq; perſona eſſet data a decem annis proxime p̃teritis citra in ciuẽ ciuitatis Nuce.ſeu eligeretur infuturum teneatur,& debeat promictere,& idoneã cautionẽ p̃ſtare cõi Nuce. quòd ipſe,& ſui heredes & ſucceſſores perpetuo non fugient citadinantiã dicte ciuitatis transferendo ſe ad extraneũ domicilium extra dictã ciuitatũ eiuſq; deſtrictũ. Qui ciues teneantur & debeant ipſam citadinantiã perpetuo obſeruare,& factiones ſingulas facere in cõi p̃dicto.pena contrafacienti in quolibet caſu p̃dictorũ 100. lib. den. Et poteſtas,& ceteri officiales dicti cõis teneantur de predictis inq̃rere,& ea facere obſeruari,& repertos culpabiles in dicta pena ſententialiter condẽnare,pena poteſtati ſi fuerit negligens in p̃dictis,& non obſeruauerit ſupra dicta 100. lib. den. in quolibet caſu prædictorum.

De pœna deriuantis extra curſum propriũ aquã Gaiſane Cap. 123.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nemo audeat,vel p̃ſumat aq̃ fluminis Gaiſane deriuare quoquo mõ extra curſum ꝓpriũ,& conſuetũ t̃pe lati laudi ꝑ Ambaſciatores Peruſinos inter cõe Nuc. & cõe Gualdi,& ſm̃ dictũ laudũ pena cuilibet cõtrafacienti 100.lib. den. cõi Nuce. applicañ. Et hoc locum habeat in præteritis p̃ñtibus & futuris. Et p̃otas iudex,vel vicarius teneaẽ,& debeant de prædictis diligenter inq̃rere, & repertos culpabiles condẽnare in pena prædicta ,pena poteſtati ſi negligens fuerit ĩ prædictis, vice q̃libet 200. lib. den. Volumus inſuper ꝙ oẽs & ſinguli facti ciues ciuitatis Nuce. vigore dicti laudi ſint,& habeanẽ ꝓ ciuib9 dũmodo promictãt,& faciant oĩa &ſingula prout tenenẽ,& debent ex laudo prædicto. Et ẽt prohibemus,& p̃ñti ſtatuto firmamus, ꝙ nullus audeat,vel præſumat extrahere,nec extrahi facere aliquod aliud flmen, nec aliq̃ aliam aq̃ de curſu proprio,& conſueto ꝙ ſi cõtra fecerit ſine aliquo beneficio, ſoluat cõi Nuc. nõine banni.x. lib. den. & nihilominus dictñ flumen,ſeu aq̃ reducat ad ſolitum curſum ꝓpriũ. Et in quolibet caſuũ p̃dictorũ emendet dãnũ patienti, & ſi ipſam aq̃ direxit per terrã alicuius ſine licentia dñi ipſius terre ſoluat cõi nõine banni 25. lib. den. & emendet dãnum,& reducat dictam aquã vt ſupra.

In

IN NOMINE DOMINI AMEN, INCIPIVNT RVBRICÆ Quarti Libri, ſiue quarte partis Statutorum Ciuitatis Nucerij.

DE electione Notarij damnorum datorum. Cap. 1
Qualiter Gualdarii teneantur ire ad locum damni cap. 2
Quòd Gualdarij teneantur accuſare damnum dantes. cap. 3
Qualiter Gualdarij teneantur cuſtodire in quolibet loco. cap. 4
De pœna Gualdariorum & cuſtodum cōmictentium fraudem cap. 5
Qualiter Gualdarij habeant tertiam partem banni. cap. 6
Qualiter Gualdarij teneantur venire coram notario damnorum cap. 7
De dãnis emēdãdis, & qualiter gualdarii teneanť agnoſcere dominos beſtiarũ cap. 8
Qualiter credatur domino rei accuſanti aliquem. cap. 9
De pœna dantis damnum cum beſtiis in locis infraſcriptis. cap. 10
De pœna dantis in ſiluis cum animalibus infraſcriptis. cap. 11
De dãno dato cum beſtiis in orto cap. 12
De damno dato in Clauſuris. cap. 13
De damno dato in Grocho. cap. 14
De damno dato in Salcetis. cap. 15
De damnis datis in ſiluis. cap. 35
De damno dato in Fractis. cap. 39
De damno dato in metis bladi cap. 17
De pœnacōburentium Metas. cap. 18
De Capris non retinendis. cap. 19
De Fractis non conrodendis cap. 22
De pœna īcidentiũ vineas &alia. cap. 36
De dãno dato ī Orto prīcipaliter cap. 40
Qualiter liceat beſtias ducere damnum dantes. cap. 16
De dãno dato in ſegetib⁹ & pratis, & ꝙ filius familias poſſit accuſare. cap. 20
Qualiter & quando habentes Canem debeant tenere ligatum. cap. 21
Qualiter Arbores, ſeu rami earum, & fracte pendentes debeant eleuari. cap. 23
De ramis Arborum pendentibus remouendis. cap. 24
Quòd cuilibet liceat ire ꝑ poſſeſſionē alteri⁹, ad poſſeſſionē ſuã nõ habētē viã. cap. 25
De pęna euntis per cãpum alterius perſonaliter, & credatur cum vno teſte. cap. 26
De pœna euntis per cãpum alterius cum Somaris, & beſtiis cap. 27
De pœna facientium viam vel ſemitam per campum alterius cap. 28
De pœna euntis per terram alterius cum tregia vel vehiculo cap. 29
Quomodo, & qualiter, & quis poſſit dirigere viam per rem ſuam. cap. 30
De pœna accuſantis aliquem non habentem beſtias damnum dañ. cap. 31
Qualiter credatur domino rei ſuper eſtimatione cap. 32
De pœna euntis per campum alterius cum Somario. cap. 33
De arboribus non ſcorzandis vel incidendis cap. 34
De damno dato in Vineis, & de vuis ſuper arboribus colligendis. cap. 37
De pœna colligentium poma alterius. cap. 38
De pœna portantium palos de vinea alterius, & de inciſione vincorum. cap. 41
De pœna incidentium & carpentium Arbores domeſticas cap. 42
De cuſtodia fienda pro Vuis. cap. 43
Quomodo & quando vendemiari poſſit cap. 44
Quòd famuli poteſtatis non poſſint eſſe cuſtodes celati, nec ire pro graſſia. cap. 45
De pœna celantis, & non notificantis nomen ſuum cum fuerit inuētus indãnis, cap. 46
De damnum dantibus in montibus Gaiſane, & alibi, cap. 47
De pœna paſturantium vel metentium fenum in montibus Gaiſane cap. 48
De pœna paſturantis in bonis dominorum de Clugiano cap. 49
De pœna paſturantis in locis infraſcriptis, & actatione Caſtri inſule. cap. 50
Quòd nullus debeat paſturare in montibus Gaiſane. cap. 51
Qualiter indamnis datis pater pro filio & patronus pro eius famulo teneať cap. 52
Qualiter habentes poſſeſſiones deſuper vicinum non inferat eidē nocumentũ cap. 53
De pœna habentis domũ cũ aliquo ex ſuperiori parte nõ retinentis eã copertã cap. 54
De exoneratione eorum qui ſunt obligati pro cōmune Nucerii. cap. 55

Finis.

IN NOMINE DOMINI AMEN, HEC EST QVARTA PARS Voluminis Statutorum dicte Ciuitatis Nucerij.

De electione Notarij dãnorum datorum,& eius officio. Cap. 1.

IN Primis ſtatuimus,& ordinamus ꝙ in ciuitate,& comitatu Nucerij ſit,& eſſe debeat vnus bonus expertus,& legalis Notarius ſuper dañ dãtes,& eius electio fiat hoc modo v3. ꝙ D. Priores ꝗ fuerint pro tẽpore approbationis pñtium ſtatutorum dicte ciuitatis teneantur,& debeant infra vnũ menſem, cõputandum a die dicte approbationis vna cum illis ſapientibꝰ quos ipſi ad dictã electionẽ vocare voluerint, vt totidẽ de ciuitate,& totidẽ de comitatu ipſius ciuitatis eligere vnum bonũ legalẽ,& expertum notarium ſuper dãnis datis dicte ciuitatis,& eius officium ſit ꝑticulare per ſex menſes proxime ſecuturos a die dicte electionis ſiẽde cum ſalario 30. flore. auri ſi ipſi D. priores poterunt dictum notarium pro dicto ſalario habere: Sin aũt ipſi priores poſſint vna cum dictis ſapientibꝰ prout ſuperiꝰ eſt expſſũ dictum ſalarium augere vſq; ad quãtitatẽ 35. flor. auri. Et priores ꝗ pro tꝑe erunt duobus menſibus ante finem officii dicti not. teneant̃,& debeant eligere alium not. ad officium ſupradictum cum ſalario & ordine ſupradictis cum dictis ſapientibꝰ, vt ſuperiꝰ eſt expreſſum,& ſic fiat ſucceſſiue dicta electio durante ſtatuto p̄dicto. Et dictã electionem priores ꝗ pro tꝑe fuerint teneantur facere in p̄dictis,& circa p̄dicta, & operã efficacem dare,pena ipſius prioribus ſi fuerint negligentes in p̄dictis,vel aliquo p̄dictorũ 100. lib. den. cõi Nuce. applicañ pro quolibet,& qualibet vice. Qui notarius morari debeat in domo cõis Nuce. poſita in ſtrata arengi iuxta dictã ſtratã,& Ant. vitalis cum cõſortibꝰ ſi morari voluerit ibi,ſin aũt ſtare poſſit alibi in dicta ciuitate, dũmodo dicte domus nõ detur,nec ſoluat̃ penſio pro cõi. Qui notarius teneat̃,& debeat vinculo iuramẽti,& pena x. lib. pro quolibet,& qualibet vice ſingulis diebꝰ feriatis, & non feriatis procedere, inꝗrere,& accuſationes denunptiationes: Inꝗſitiones recipere a quibuſcumq; perſonis volentibꝰ ipſas corã eo porrigere,vel exibere de ꝗbuſcũq; dãnis,& in ꝗbuſcũq; locis de ciuitate & deſtrictu Nuce. Et habeat ipſe notarius plenã. & liberã poteſtatẽ arbitrium,& bay. ſuper ipſis dãnis inꝗrendi,& ſuper ipſis denũptiationibꝰ,inꝗſitionibꝰ,& accuſationibꝰ,tã ex ſuo officio q̃ ad petitionẽ cuiuſcũq; petentis,dũmodo ſit ſemper cum volũtate,& conſcientia,ac licentia dñi rei dãni paſſi, & non aliter procedendi examinandi puniendi,& condẽnandi oẽs,& ſingulas perſonas dañ dantes,tã perſonaliter q̃ cum beſtiis ſm̃ formã,& ordinẽ inferius declaratã,& declaratum & infraſcriptorum capitulorũ Et eius condẽnationes valeant & teneant,& executioni mandent̃ per officialꝭ cõis Nuc. non obſtante ꝙ ipſe accuſationes,inꝗſitiones,& proceſſus ac ſententie,ſeu condẽnationes ſint ſcripte,vel ſcripti manu ipſius notarii, & ẽt teneat̃, & debeat ipſe notarius ſingulis menſibꝰ durante tꝑe dicti ſui officii ire per oẽs balias,& totum territorium Nuce. dicte ciuitatis quatuor vicibꝰ v3 ſemel in ebdogmada,& ſollicite:legaliter & prudenter rimari ꝑ oĩbꝰ, & ſingulis dãnũ dãtibꝰ ĩ ꝗbuſcũq; poſſeſſionibꝰ bonis,vel rebꝰ tam perſonaliter,q̃ cum beſtiis,& repertos culpabiles condẽnare,& punire ſm̃ formã ſtatutorum, de hac materia loquentium ſemper tñ cum licentia dñi rei dañ paſſi,& aliter non. Et debeat ipſe notarius ſẽper ire,& p̄dicta facere ſuis propriis ſumptibꝰ,& expeñ ſine aliquo ſalario,& mercede,teneat̃ ẽt ipſe notarius ire ad videndũ dãna ad petitionẽ, & iſtantiã cuiuſcũq; petentis ſemper,& qñcũq; fuerit reꝗſitus expenſis ipſius notarii,pena ipſi not. x. lib. deñ pro quolibet,& qualibet vice cõi nuce. applicanda. Teneat̃ ẽt & debeat ipſe notarius ſẽper durante eius officio hr̃e,& tenere vnum equm ſiue Ronzenũ bonum, & ſufficientẽ pro eundo ad videndum dãna data p̄dicta,pena ipſi notario contrafacienti, ſi ipſum Ronzinum non habuerit ſẽper ad reꝗſitionẽ D. Priorũ ꝗ pro tꝑe fuerint 25. li. den. de ſuo ſalario cõi nuce. applicañ. Et cam̃ ꝗ pro tꝑe fuerit teneatur, & debeat eidẽ not. ſoluere de ſuo ſalario de duobꝰ menſibꝰ in duos menſes, pro vt tangit pro rata ſui ſalarii prout ſoluit cãcellario cõis. Et ſine aliqua deliberatione,vel apodiſſa de pecunia

& ęre dicti cõis, prohibem⁹ tñ ipſi notario in ipſis dãnis procedere ad petitionẽ alicui⁹ perſone cõi Nuce. non ſubiecte, niſi per accuſam tantũ porrigendã per principalẽ. Itẽ volumus ꝙ dictus notarius durante tp̃e dicti ſui officii nõ ſe cedat a dicta ciuitate Nuc. vel ei⁹ deſtrictu, cã repatriandi, vel eundi ad aliq̃ terrã, ſeu ciuitatẽ, vel aliũ locũ extra de ſtrictũ dicte ciuit. Nu. ſine licẽtia cõſilii generalis dicte ciuit. pena cõtrafacienti ꝓ quolibet, & qualibet vice 100. lib. den. cõi Nuc. aplicañ. Cui notario ĩterdicim⁹ acceſſum ad tabernã ĩdicta ciuit. Nu. Itẽ õne comertiũ & negotiationẽ: Et ꝙ vltra dictũ ſuũ ſalariũ nihil petere, vel percipere poſſit idẽ notarius per directum, vel obliquum, pena p̃dicta cõi Nuce. applicañ. Et finito tp̃e dicti ſui officii dictus notari⁹ teneaẽ, & debeat ſtare ad ſcidicatũ in dicta ciuitate Nuce. ſex dieb⁹, & parere ſcindico dicti cõis eligendo per priores q̃ pro tp̃e fuerint, & de oĩb⁹ geſtis per eum reddere integrã rationẽ, & ſoluere oẽm condẽnationẽ fiendã de eo per ſcindicum ſupradictũ: Et p̃dicta iuret de capitulo in capitulum in generali conſilio dicti cõis, in principio dicti ſui officii: Et ꝙ priores qui pro tp̃e fuerint in principio officii dicti notarii teneañ, & debeant aſſignare dicto notario vnum bayulũ ex bayulis dicti cõis dicte ciuitatis, vel deſtrictus Nuce. bonũ idoneum & ſufficientẽ. Qui bayulus vacare debeat ſẽper ad officium dicti notarii, & facere oẽs & ſingulas citationes, relationes, & alia queq; expectantia ad dictum officium ex mandato dicti notarii, q̃ ẽt ad petitionẽ cuiuſcũq; petentis, & eius citationes, & relationes habeantur pro legitimis, & ẽt teneaẽ dictus bayulus ſẽper ad petitionẽ dicti notarii, & eius mandato, ire cum dicto notario per loca comitatus ciuitatis p̃dicte ad videñ, & exquirẽdum dãna data p̃dicta. Et teſtificatio ipſius bayuli habeaẽ in dictis damñ loco teſtificationis vnius teſtis fidedigni in quolibet caſu.

Quòd Gualdarii teneantur ire ad locum dãni. Cap. 2.

ITẽ ſtatuimus ꝙ q̃libet Gualdarius cõis Nuce. tam intus q̃ extra de foris ad petitionẽ cuiuſcũq; petentis teneaẽ ire ad quẽcũq; locum fuerit vocatus, & ſit ei licitum, & teneatur, & debeat inuenire dañ, & denũtiare & accuſare oẽs dañ dantes. Et q̃cũq; gualdarius recuſauerit p̃dicta facere condẽneẽ pro vice qualibet in ſol. x. den. Et poſſint dicti Gualdarii citare teſtes q̃ ſcirent dicta dãna ſine aliqua cõmiſſione. Et ſi aliquis forenſis dãnum daret in aliquibus poſſeſſionib⁹ bonis, & rebus infraſcriptis cum beſtiis in duplũ cõi Nuce. condemneẽ in omnibus capitulis infraſcriptis.

Quòd Gualdarii teneañ accuſare dãnum dantes. Cap. 3.

ITẽ ſtatuimus, ꝙ Gualdarii quarteriorum, & bayliarũ ciuit. & deſtrictus Nuc. poſſint, teneañ & debeant denunptiare, & accuſare dãnum dantes, corã notario damnorum datorum ſine libello accuſationis, vel denũptiationis, & ꝙ notarius p̃dictus teneaẽ, & debeat vinculo iuramenti, ſcribere oẽs & ſingulas accuſationes, & denunptiationes factas per dictos gualdarios, & quoslibet ipſorum. Et ſi dictus notarius cõtenſerit ſeu noluerit facere ſupradicta, ſoluat cõi nõine banni 20. lib. den. Et poteſtas, iudex, vel vicarius, & priores cõis, vel alter ipſorum q̃ pro tp̃e fuerit, teneaẽ ipſum notarium condẽnare, & cõdãnationẽ exigere pro cõi. Et de p̃dictis ſtetur ſacramẽto gualdarii p̃ſtito, vel p̃ſtando de officio gualdarie exerceñ vſq; in quantitatem 40. ſol. ſi dixerit ſe vidiſſe. Et viderit plures homines, vel beſtias dãnum dantes in plurib⁹ bonis, vel reb⁹ credatur ei pro vnoquoq; hominum, vel dominorum beſtiarum damñ dañ cum beſtiis, vel plurib⁹ ſi dixerit ſe vidiſſe vſq; in quantitatem x. ſol. vt dictum ẽſt ſupra .ſ. 20. ſol. pro cõi, & 20. pro parte domini poſſeſſ.

Qualiter Gualdarii teneañ cuſtodire in quolibet loco. Cap. 4.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ quilibet Gualdarius teneatur, & debeat cuſtodire in quolibet loco, & bayula vnde fuerit dictus gualdarius, & tranſitum facere ĩde pro ſuo officio exercendo, & ſi viderit aliquẽ dañ dantẽ in aliq̃bus reb⁹ ſue cuſtodie teneatur & debeat accuſare dãnum dantẽ, & explorare cuius fuerit dictum dañ. Quòd dañ ipſi gualdarii vel alter ipſorum debeant denũtiare infra tertiã diẽ, poſt req̃ſitionẽ factam de ipſo dãno dato in eundo. Et q̃ contrafecerit ſoluat cõi nõine pene pro quolibet, & qualibet vice 40. ſol. Medietas cuius pene ſiue banni ſit cõis, & alia domini rei. Et etiam poſſint

ipſi notarii,& galdarii,& q̃libet ipſorum denuntiare,& accuſare de omnibus damnis q̃ darentur in poſſeſſionib⁹,& terris in quib⁹ viderit damnum dari.

De pœna Gualdariorum,& cuſtodum cõmictentium fraudem. Cap. 5.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliq̃s Gualdarius,vel cuſtos celatus cõmiſſerit fraudē in officio ſuo condēnet̄ pro qualibet vice,& fraude cõi Nuce. in .x. lib. den. & notarius dãnorum datorum teneatur prædicta facere obſeruari ad petitionem cuiuſcumq; petentis,pena dicto notario 25. lib. den.

Qualiter Gualdarii habeant tertiam partē banni. Cap. 6.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ oẽs Gualdarii habere debeant tertiã partē banni contingentis cõi de condēnationib⁹ factis,& fiendis ex denuntiationib⁹ ipſorum gualdariorum,& cuiuslibet ipſorum. Et cam͠ q̃ pro tp̃e fuerit teneatur & debeat vinculo iuramenti,& pena 100. ſol. dictis gualdariis,& cuilibet eorum dare dictã eorum partem de condēnationib⁹ ſupradictis,ſine mandato alicuius rectoris,vel officialis, & q̃ contrafecerit teneatur,& debeat ſoluere de ſuo ipſis gualdariis , & cuilibet eorum tertiam partem condemnationum prædictarum .

Qualitet Gualdarii teneantur venire corã notario dãnorum datorũ. Cap. 7.

ITē ſtatuimus ꝙ oẽs Gualdarii teneant̄,& debeant venire qñ fuerint vocati corã notario dãnorum datorũ dicti cõis ad oẽm terminum eis datum per ipſum notarium , ad accuſandum,& denuntiandum dañ dantes. Et ſi non venerit ſoluat cõi nõine banni , & pena pro quolibet,& qualibet vice 4. ſol. & notarius dãnorum datorum teneat̄ illico facta req̃ſitione exigere pro cõi ad petitionē cuiuſcũq; petentis. Et ſi dictus notarius contrafecerit ſoluat cõi nõine banni 20. lib. den. Itē ꝙ dicti gualdarii teneantur,& debeãt venire corã dicto notario die ordinata ante nonã ad eorum officiũ,& ſtare die ipſa vſq; ad veſperas,& ſi non venerit dicta die corã dicto notario pro eorum officio exercendo, ſoluat q̃libet contrafaciens pro qualibet vice 4. ſol. abſq; aliqual cõdēnatione,& ꝓceſſu,& dictus notarius teneat̄,& debeat facere de ipſis gualdariis diſtributionem inter eos quo die debeant venire tam gualdarii de ciuitate,q̃ bayliarum.

De dãnis emēdãdis,& qualiter gualdarii teneãt agnoſcer̄ dños beſtiarũ Cap. 8.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nr̃i Gualdarii teneantur procurare toto poſſe cognoſcere,& inuenire dños beſtiarum dañ dantium in reb⁹ alterius,& eis inuentis ipſos denũptiare,& accuſare. Et ſi dictum dãnum experlongaue int,& non denunptiauerint infra tres dies,ſi damñ fuerit de die teneantur patienti , & petenti de eorum proprio emendare: Si aũt fuerit de nocte non teneantur gualdarii,ſed habitatores trium domorum proximiorum loco damni dati,ſi dañ fuerit valoris 20. ſol. vel min⁹,ab inde vero ſupra vſq; in quantitatē 100. ſol. debeat emēdari per decē domos proximiores loco dañ dati, vel quarterii,vel bay. Quòd ſi dañ explorari,vel inueniri non poterit per teſtes vel aliã probationē,ꝙ tale dañ datum de die,vel de nocte cum beſtiis & ſine beſtiis debeat eſtimari per gualdarios , & modo p̃dicto emendari,& credatur de dãno huius dño,& dañ patiẽti cũ ſacramēto vſq; in qnantitatē 40. ſoi. & habeat̄ ꝓ plena ꝓbatione,& legitima

Qualiter credatur domino rei accuſanti aliquē. Cap. 9

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi dñs rei voluerit accuſar̄ de dãno ſibi dato cum vno teſte credatur vſq; in quantitatē 40. ſol. cum ſacramento quorum bannorum medietas ſit cõis,& alia accuſatoris in quo caſu accuſator non poſſit aliquod damnum extimare ſed probet legitime,niſi vſq; in quantitatem 4. lib. cum vno teſte ab inde vero ſupra probet legitime,& ipſi credatur vſq; in 40. ſol. den.

De pœna dãnum dantis cum beſtiis in locis infraſcriptis. Cap. 10.

ITē ſtatuimus ꝙ dñi beſtiarum condēnentur hoc modo v3. pro equo iumenta ,Boue, vel vaccha,Mulo,Somario,vel Somaria dañ dantibus in pratis de menſibus Aprilis, Maii,vel Iunii,pro quolibet ipſorum,& qualibet vice .x. ſol. den. cõi Nuce. condēnet̄, & totidem dãnum paſſo. Et ſi in aliqua parte anni,ſoluat cõi pro qualibet vice, & quolibet ipſorum 4. ſol. & totidem dañ paſſo,& emendet dãnũ. Pro porco, & Scrofa ſi dañ dederint in dictis pratis in qualibet parte anni pro quolibet , & qualibet vice 40. ſol.

cõi Nuce. condẽnetur & totidem dãnum paſſo,& emendet dañ. Si vero, capra. vel pe-
cus d i ſum dederit in dictis pratis, ſoluat pro quolibet,& qualibet vice 12. den. & to ti-
dem dañ paſſo,& emendet damnum, Si vero aliquod p̃dictorum animalium damnum
dederit in bladis ſegetibus fabis, vel aliis leguminib⁹, linis, & canapis, vel altero eorum,
ſoluat cõi nõine banni, x. ſol. pro quolibet,& qualibet vice,& totidem dãnum paſſo, &
emendet dan. exceptis pecudibus pro ꝗb⁹ ſoluat 12. den. pro quolibet & qualibet vice
Pro anſere vero,& Anetra,& pullo, pro quolibet eorum,& qualibet vice ſoluat cõi pro
banno ſol. 5. den. & totidem dãnum paſſo,& emendet damnum niſi dñs dictorum ani-
malium vellet dare dicta animalia pro noxa ante accuſationẽ vel poſt, q̃ ſi daret ad pe/
nam aliq̃ non grauetur: Et ſi p̃dicta animalia in aliqua parte anni dãnũ dederint in vi-
nea,& cannetis, ſoluat cõi dñs beſtiarum .ſ. pro equo iumento, porco, vel ſcrofa, boue,
vel vaccha, capra, ſomario, vel ſomaria, pro qualibet vice,& quolibet eorum 40. ſol. &
totidẽ dañ paſſo & emendet dãnum: Pro Anſere vero, Anetra, pullo,& pecude dañ dan
tibus in vinea a Kal. Aprilis vſq; ad Kal. Nouẽbris pro quolibet, & qualibet vice 5. ſol.
& totidẽ dañ paſſo,& emendet dañ. In alia vero parte anni ſol. 2. pro quolibet,& quali-
bet vice,& emendet dañ. Et ſi p̃dicta animalia dañ dederĩt in ſtopia ſoluat dñs ipſorum
pro quolibet animali v3. boue, vaccha, iumenta, capra, porco, ſcrofa, ſomario, vel ſoma-
ria, ſol. 2. & totidẽ dañ paſſo pro pecude vero ſex den. Itẽ volum⁹ ꝙ ſi aliq̃s forenſis trã-
ſiens cum beſtiis dãnum dederit alicui noſtro ciui ꝙ ſit licitum dicto noſtro ciui poſſe ĩ-
pune retinere dictas beſtias quas inuenerit dare dãnum in aliqua ſua poſſeſſione, vel re
donec notarium dãnorum datorũ ipſa ſic duxerit ad videndum dãnum p̃dictum: Saluo
ꝙ liceat dicto noſtro ciui ſe cõponere cum dicto forenſe de dãno p̃dicto, & ipſas beſtias
relapſare ſi ſibi placuerit. Et ſi contẽptio eſſet de extimatione dãni inter talẽ forenſem,
& dãnum rei dañ patientẽ, ꝙ tunc notarius dãnorum datorũ teneãtur,& debeant elige-
re,& vocare duos conuicinos de contrata vbi dañ datum fuerit · Et recepto ab eis ſacra
mento illud quod declaratum fuerit per eos faciat per talẽ forenſem emendare, & dare
dño dicti rei. Et dicte beſtię non relapſentur donec dicto dño fuerit integre ſatisfactum
Quantũ ad penã cõis volumus dicto caſu dictos forenſ. teneri. Et ꝙ dictus notarius dã/
norum datorum ad petitionẽ cuiuſcũq; petentis teneaẽ,& debeat ire ad videndum dic-
tum damnum,& faciendum fieri prædicta, pena 25. lib. den.

De dãnis datis in Siluis cum animalibus infraſcriptis. Cap. 11

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi Bos, vel Vaccha, Capra, equus, vel equa, Somari⁹, vel
ſomaria, Mulus, vel mula damnum dederint in ſiluis in qualibet parte anni, ſoluat cõi
dñs ipſorum, pro quolibet,& qualibet vice x. ſol. den. & totidem dañ paſſo,& emendet
dãnum. Si aũt dañ dederint in ſilua inciſa poſtq̃ inciſa fuerit per tres annos in medieta-
te ſequentes,& infra ipſum tẽpus ſoluat cõi nõine banni pro qualibet beſtia,& qualibet
vice 20. ſol. den. & emendet dañ,& totidẽ ſoluat dañ paſſo: Si vero pecudes damnum
dederint in dictis ſiluis ſoluat dominus ipſarum pro qualibet,& qualibet vice 12. den. &
totidem damnum paſſo,& emendet damnum.

De dãno dato cum beſtiis in Orto. Cap. 12

ITẽ ſtatuimus ꝙ ſi p̃dicta animalia dãnum dederĩt in Orto, ſoluat cõi dominus beſtia-
rum nõine banni pro quolibet,& qualibet vice 20. ſol. & totidẽ dan. paſſo,& emen
det dãn. Exceptis pecudibus anſere, anatra,& pullo dãn. dantibus in orto pro ꝗbus ſol-
uat, pro quolibet,& qualibet vice ſex ſol. & totidẽ dãnum paſſo,& emendet dãnum.

De damno dato in Cluſuris. Cap. 13.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi dicta animalia dãn. dederint in cluſuris vbi ſtarent ꝑ-
gule, oliue, amigdole, vel aliqua earum, ſoluat cõi nõine banni pro quolibet,& quali-
bet vice x. ſol. & totidẽ dãn. paſſo,& emendet dãnum,& ſi dicta animalia dãn. dederint
in arboribus exiſtentib⁹ ĩ dictis clauſuris ſoluat cõi domin⁹ beſtiarũ pro quolibet,& qua
libet vice 20. ſol. & totidẽ dãn. paſſo,& emendet dãn. Dicimus tñ ꝙ ſi ſomari⁹,& capra
& equs dederĩt dãn. excorzando aliquas arbores, ſiue plãtas, ſoluat dñs beſtiarũ cõi nõie
ban. 20. ſol. & totidẽ dãn. paſſo,& emẽdet dãn. excepta pecude q̃ ſoluat 12. den. vt di-
ctũ eſt

58v

De damno dato in Croco. Cap. 14.

ITē ſtatuimus ꝙ ſi Porcus, vel Scrofa dān. dederit in Croco, ſoluat cōi nōine banni dominus beſtiarum pro quolibet, & qualibet vice 40. ſol & totidē dān. paſſo, & emendet damnum. Pro equo vero Somario, vel boue, vel ſomaria dān. dantibus in croco, ꝓ quolibet, & qualibet vice ſol. x. & totidē damnū paſſo, & emendet damnum.

De damno dato in Salectis Cap. 15.

ITē ſtatuimus ꝙ ſi Capra, vel ſomarius damnū dederint, in Salectis ſoluat dominus ipſorum cōi nōine banni pro quolibet & qualibet vice 20. ſol. den. & totidē dān. paſſo & emendet dān. Pro aliis vero beſtiis dān. dantib⁹ in dictis ſalectis, ſoluat pro quolibet & qualibet vice 4. ſol. & totidem damnum paſſo, & emendet damnum.

Quando liceat beſtias ducere damnū dantes. Cap. 16.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſi Gualdarii, & quelibet alia perſona q vel que īueuerint beſtiam, vel beſtias alicuius dān. dantes in bonis alterius ſi ſuis ingnorauerint dominū beſtiarum poſſint, & liceat eis, eas ſecum ducere, & includere & retinere donec ſciat dn̄us beſtiarū.

De damno dato in Metis bladi. Cap. 17.

ITem ſtatuimus ꝙ ſi Equs Iumentum, porcus ſcrofa, bos, capra, vaccha ſomarius vel ſomaria, vel aliq̄s ipſorum damnū dederint in Metis barcone bladi, ſeu peleariis ſoluat cōi dn̄s beſtiarum pro quolibet, & qualibet vice x. ſol. & totidē damnū paſſo, & emendet damnū. Si vero cum aliis animalib⁹ damnū datū fuerit in dictis reb⁹ ſoluat cōi nōie banni 12. den. ꝓ quolibet, & qualibet vice, & emendet dān. Si vero dicta animalia, vel aliquod ipſorum aliq̄ metam bladi, vel leguminis barcorum, ſeu paleorum, tam palearum q̄ feni, ſeu couos vel couū extrafferint, ſoluat cōi dominus beſtiarū, pro quolibet, & qualibet vice qua deguaſtauerint 40. ſol. den. & totidē damnum paſſo, & emēdet dān.

De pœna cōburentium Metas. Cap. 18.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſi aliquis miſerit ignē in aliqua meta, vel barcone bladi, vel leguminis lini, vel canape, meta feni, ſeu in aliquo paleari, vel in aliqua cataſta lignorū, cōdēnet dicto cōi Nuc. ī 50. lib. de. & emēdationē dāni ꝙ ſēper ꝑ eū patiēti debeat emēdari

De dāno dato in Segetib⁹, & pratis, & ꝙ filius familias poſſit accuſare Cap. 19. 20

ITē ſtatuimus ꝙ q̄cūq; dederit damnū perſonaliter metendo, ſiue carpendo Segetes alterius, vel fecerit canafoliā de canneris alterius, ſoluat cōi nōine banni 20. ſol. & totidē dān. paſſo, & emendet damnū. Si aūt aliq̄s daret damnū in dictis locis perſonaliter & dānum aſcenderet ad ſummā vnius ſalme in paleis, vel vltra ſoluat cōi nōine banni ꝓ quolibet, & qualibet vice 50. lib. den. & totidē damnū paſſo, & emendet damnū. Si aūt meſſerit fenum de pratis alicuius, ſoluat cōi nōine banni 40. ſol & totidē dānum paſſo, & emendet dān. Item ſi q̄s meſſerit herbas alienas, ſoluat cōi nōine bāni ſol. x. den. pro quolibet, & qualibet vice, & totidē dān. paſſo, & emendet damnū. Itē ꝙ filius familias, laborator ſiue coptumarius, & q̄libet eorum poſſit accuſare, & denunptiare de damno dato ſicut dominus rei, damnū dantes in bonis patris, matris, fratris ī laboritiis coptum vel aliis rebus eorum.

Qualiter habentes canē debeat tenere ligatum. Cap. ~~19.~~ 21.

ITē ſtatuimus ꝙ ſi alicui dān. fuerit datum in vinea dum eſſet plena vuarum per aliquē canem ꝙ dn̄s canis condēnet pro quolibet, & qualibet vice in 40. ſol. & totidē dānum paſſo, & emendet damnū, & ſi dn̄s vineę, vel laborator neſciuerit damnū dantē, & voluerit dicere ſuo ſacramento damnum ſibi datum per aliquē canē fuiſſe vſq; in quantitatē 40. ſol. q tunc dictū damnum debeat ſibi emendari per habitantes duarum domorum proximiorum loco damni dati, & vnicuiq; ſit licitum interficere canē damnum dantem in ſua vinea, ſi inuenerit ipſum in ipſa dān. dant. ſine pena & banno. Et quòd vnuſq̄ſq; habens canē teneatur & debeat de menſe Settēbris, & Octobris, donec vinee erunt vendemiate noctis tēpore retinere canem ſuum, ſeu canes ligatos, ſeu recluſos ita, & taliter quòd exire domum non poſſit, pena dicto tali non ligāti, vel non retineri recluſum pro quolibet cane, & qualibet vice cōdēnetur in 40. ſol. den. cōi Nuce. applicandorum, & credat accuſatori cum ſacramento, & habeat medietate banni.

De

De Fractis non corrodendis. Cap. 22.

ITē ſtatuimus quòd ſi beſtie alicuius roderint fractas alicuius vinee, ſeu orti ſoluat cōi nōine banni dominus ipſarū pro qualibet, & qualibet vice .x. ſol. & totidē dān. paſſo & emendet damn. excepta pecude pro qua nihil ſoluat. Saluo quòd quando dicte beſtie ducerentur de foris ad forum, et damna p̄dicta intuliſſent in q̄bſcunq; fractis prædictis nihil nōine banni ſoluere teneantur.

Qualiter arbores, ſeu rami ipſarum, et fracte pendentes debeant eleuari, Cap. 23

ITem ſtatuimus, quòd q̄cumq; haberet arborem, vel fractam, ſeu arbores, vel ramos ipſarum arborum, ſeu aliam rem pendentem vel pendentes per ſpatium 12. pedū altitudinis infra verſus terram ſuper terrā alterius, quòd idē ipſam, vel ipſas debeat eleuare vſq; ad .x. dies cōputandos, a die notificationis, ſeu proteſtationis fiende per ipſum poſſeſſorē, vel poſſeſſores rei ſuper qua pendent, niſi forte ius hr̄et retinendi in ea, et qui contrafecerit ſoluat cōi nōine banni x. ſol. Et ſi non fecerit eleuationē p̄dictā infra alios .x. dies ſoluat duplū medietatis banni cuius ſit cōis, et alia accuſatoris, & ſi dn̄s dicte fracte, ſeu arboris, vel alterius ei infra dictum terminum non eleuauerit ſeu inciſerit ipſam fractam, ſeu ramos, aut rem aliam ſic pendentē, ꝙ liceat tali conuicino ſuper cuiꝰ poſſeſſionē penderēt dictas fractas, vel ramos, vel res alias īcidere, & eleuare ſine pena & bāno

De ramis arborum pendentis remouendis. Cap. 24.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſi aliqua perſona hr̄et arborē, vel arbores in ſua terra, vel vinea cuius rami penderent, & mirigiā facerent ſuper terrā alicuius q̄ a terra ſupra q̄ terrā penderet per ſpatium octo pedū ſiue aliq̄ arborē, vel arbores admoueri facere ſuper terrā alicuius ſuper qua terra, vel vinea penderent p̄cipiat̄ eidem, pena 4. lib. ramos pendentes & merigiam facientes, ſupra dictas arbores infra terrā vel vineā ſuā, & dictum ſuum cōuicinum infra duos menſes eleuare debeat, & incidere & incidi facere, & remouere teneat̄. Et ſi non fecerit intermino ſibi dato in 4. lib. den. cōi Nuc. condēnetur, & in tāto ſibi precipiat̄ ſub dicta pena. Et nihilominus arborē, vel arbores, vel ramos incideret eleuare teneat̄, & q̄cūq; habeat arborē, vel arbores in terra, vel vinea alicuius, ꝙ liceat illi cuius fuerit arbor ſine pena incidere, & incidi facere, & extrahere, & exportare ad ſuā voluntatē, dūmodo inferat dānum vt minus poterit in terra, vel vinea ſupradicta, & fructꝰ colligere poſſit ſi voluerit, ſine pena & banno, & ſi inuinea, vel terra alicuius caderent aliq̄ fructus ex aliqua arbore poſſit dictos fructus colligerer̄ de terra, vel vinea alterius, vbi dicti fructus iacerent ſine pena, & banno ſaluo de vinea q̄ eſſet plena vuarū, q̄ intrar̄ non poſſint aliq̄ occaſione p̄dicta, vel alia ſine licentia dn̄i vinee, aut ipſo dn̄o inreq̄ſito.

Quòd cuilibet liceat ire p̄ poſſeſſionē alterius ad poſſeſſ. ſuā nō habentē viā Cap. 25

ITē ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona hr̄et aliq̄ poſſeſſionem in deſtrictu Nuce. q̄ non haberet viam iter, vel aditum qua iri poſſit ad dictā ſuam poſſeſ. ꝙ ſit licitum ipſi poſſeſſori, & laboratori ipſius poſſeſſionis ire & redire ad dictā poſſeſſ. ſine pena & banno per terrā alterius, p̄ locū breuiorē & minus dānoſum perſonaliter & cum bobus, & ſomariis qn̄ talis poſſeſſor & laborator iret & rediret ad ſeminan̄ laborandum ſeu bladum mondandum, & ſtabiandum, metendum, vel fructus recolligendum, vel reportandum, & ad deferendum ſingulas res, & lapides ſine pena & banno.

De pen̄ euntibꝰ per cāpum alterius perſonaliter, & credat̄ cū vno teſte Cap 26.

ITē ſtatuimꝰ ꝙ ſi aliq̄s dānum dederit alicui eundo per cāpum alterius ſine beſtiis, ſoluat cōi nōine banni 4. ſol. pro vice qualibet, & totidē dan̄ paſſo, & emēdet damnum & ſtetur & credatur cum vno teſte, & cum ſacramento vſq; in quantitatem 4. ſol. & ab inde ſupra probet legitime.

De pena euntis per campum alterius cum beſtiis. Cap. 27.

ITē ſtatuimus ꝙ q̄cumq; iuerit per cāpum alterius cum beſtiis ſiue bobus, vel tregiis, vel cariolis, contra voluntatē dn̄i rei, condēnet̄ cōi in 20. ſol. den. & totidē damnum paſſo, & emendet dānum, & ſtet̄, & credatur cum vno teſte conſuetudinē eundi, vt ī alio capitulo ſtatutorum continet̄ inferius.

De pœna facientium viam vel ſemitam per campum alterius. Cap. 28.

ITē ſtatuimus ꝙ laborator vel laboratores alicuius laboritii, vel rei: Et ſi quis alius, vel alia perſona laborauerit, vel ſeminauerit viam, vel ſemitā, & accuſaretur per aliquem de ꝑdictis aliq̄s qui iuerit per eam, & dañ dediſſe ī ea, probato per accuſatū ipſam fuiſſe viam, vel ſemitam per 30. annos quòd talis accuſatus & denūptiat⁹ penitus abſoluatur. Itē quòd nemo ꝑſumat facere, vel affilare viam per terrā alterius cum beſtia vel ſine beſtia: Et ſi contrafecerit condēnet̄ cōi nōine banni 4. lib. cum beſtia. Sine beſtia vero 40 ſol. & totidē dañ paſſo, & emendet damn. Et affilare vel facere viam intelligat̄, vel ſemitam q̄ñ ſex vicibus adminus iuerit, vel rediuerit perſonaliter vel cum beſtiis per terram alteius per eundem locum, & condemnetur quòd non debeat amplius ire per dictam viam vel ſemitam, niſi haberet conſuetudinem eundi per tempus triginta annorum.

De pena euntis per terram alterius cum tregia, vel vehicula. Cap. 29.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ q̄cūq; iuerit per terrā alterius cum bobus tregia, vel vehiculo, vel cum ſomario ſiue ſomaria, extrahendo letamen, ſiue bladum de menſe Augusti, vel Settēbris, q̄ terra, nec eſſet bladata de Miglio, panico, ſurco, ſiue canipa, ſoluat cōi nōine banni pro quolibet, & qualibet vice 2. ſol. den. & totidē dan. paſſo, & emendet damnum ſi fuerit vſq; in decē vicib⁹, & ſi aliq̄s iuerit modo ſupradicto vltra x. vices quantumcunq; iuerit ſoluat cōi nōine banni 20. ſol. & totidem damnum paſſo, & vltra dictam quantitatē condennari non poſſint non obſtante capitulo prædicto ſub rubrica de pena facientium viam, vel ſemitam per campum alterius, & aliquo alio capitulo incontrarium loquente non obſtante.

Quomodo & qualiter, & q̄s poſſit dirigere viā per rem ſuam. Cap. 30.

ITē ſtatuimus quòd liceat cuilibet perſone dirigere viam, vel ſemitā per terram ſuam cum voluntate maioris partis vicinorum dicte vie, vel ſemite & cum licentia et D. Priorum q̄ pro t̄pe erunt ſine pena, & banno, & poſſit illa talis perſona accipere & rehabere pro reſtauratione terreni ſui ipſam viam antiq̄ ſiue ſemitam ſm̄ voluntatem dictorum vicinorum, dummodo conditio tranſeuntium non ledatur.

De pœna accuſantis aliquem non habentem beſtias. Cap. 31.

ITē ſtatuimus quòd ſi aliqua perſona accuſauerit aliq̄ perſonam de dāno ſibi dato cū beſtiis, ſi dictus talis accuſatus non haberet beſtias de q̄bus accuſatus fuerit dictus accuſans ſoluere debeat illam quantitatem ad q̄ tenebat̄ accuſatus ſaluo, ꝙ ſi probaret accuſator. Accuſatorem t̄pe dañ dati dictas beſtias habuiſſe de q̄bus accuſauerit, ꝙ modo ꝑdicto puniat̄ accuſatus, & non accuſator. Dicimus tamen quòd ſi aliq̄s cuſtodiret beſtias alienas, & eo tempore dicte beſtie damnum dederint alicui modo aliquo quòd talis cuſtos condemnetur de damno tanquam dominus.

Qualiter credatur dño rei ſuper eſtimatione. Cap. 32.

ITē ſtatuimus ꝙ in eſtimatione damni dati credat̄ ſacramento petentis, vſq; ī quantitatē 20. ſol. dūmodo p̄cipalis ꝑſtet iuramentū ſēper iudicis taxatione ꝑmiſſa & nō aliter.

De pœna euntis per campum alterius cum ſomario Cap. 33.

ITem ſtatuimus quòd q̄cumq; iuerit per cāpum alterius bladatum, vel maieſatum cū ſomario, vel ſomaria ſoluat cōi nōine pene, pro quolibet & qualibet vice, ſol. x. den. & totidem damnum paſſo, & emendet damnum.

De Arboribus non incidendis vel ſcorzandis. Cap. 34.

ITem ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona damnum dederit alicui ꝑſone ciuitatis, vel deſtrictus Nuce. incidendo vel ſcorzando arbores fructiferas exiſtentes in locis congruis, & laboraturis ſi de die fuerit ſoluat cōi nōine banni. x. lib. pro quolibet arbore. Si vero de nocte duplicent̄ pene & banna, & totidem danum paſſo, & emendet dannum, et ſi inciſerit ramos ſoluat pro quolibet ramo 20. ſol. et totidē dannum paſſo, et emendet dañ et ſi ſteterit in locis congruis vel laboratiuis vel non, ſtet̄ ſacramento accuſatoris.

De damnis datis il Siluis. Cap. 35.

ITem ſtatuimus, ꝙ q̄cumq; dederit dānum in Siluis alterius pro qualibet arbore q̄ inciſerit ſi fuerit quercus, ſiue cerrus mennannaria q̄ producunt fructus, que ſit groſſitudinis vnius tracture, vel pluris ſoluat cōi nōine banni x. lib. et totidem dānum paſſo, et

emendet

emendet dannum, et ſi inciſerit ramos ſoluat pro quolibet ramo 20. ſol. et totidem dañ
paſſo, et emendet damnum. Si inciſerit de aliis lignis ſiluestribus, et non fructiferis groſ
ſitudinis en carcere condennetᷣ in 20. ſol. et totidem dan. paſſo, et emendet dañ. Et ſi
expedauerit aliq̃ arborem, ſoluat cōi nōine banni 4. lib. den. Et ꝙ liceat dño ſilue inci-
ſorium, ſecurim ſiue aliud ferrum actum ad incidendum quòd ſi inciſor dare negauerit
ſibi, pena dupliceť. Et ſoluat cōi nōine banni pro qualibet arbore ſilueſtri, et non fructi-
fera x. ſol. et totidem dan. paſſo, et emendet dan. et pro qualibet ſalma lignorum ſilue
ſtrium, et non fructiferorum x. ſol. et totidem dan. paſſo, et emendet dãnũ pro quolibet
faſcio lignorum 4. ſol. et totidem dan. paſſo, et emendet dan. Et ſi q̃s nõ fecerit ſalmam
ſed faſcem viminorũ, teneať ſoluere pro quolibet faſce 20. ſol. et totidem dan. paſſo, et
emenedet dãnũ. Et ſi q̃s fecerit palos er perticas in quantitatem vnius faſcis in ſiluis al-
terius ſoluat cōi nōine banni ꝑ quolibet faſce 20. ſol. & totidẽ dañ paſſo & emẽdat dañ.

De pœa incidentium vineas, & alia. Cap. 36.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nulla perſona audeat vel ꝑſumat incidere, nec depopu
lare vineas, pergulas, vel ſcorzare arbores, nec frangere tinatia, canalia vegetes friſcu
los vel alia hedificia cuiuſcumq; generis, & qualitatis exiſtant, pena cuilibet contrafa-
cienti 50. lib. den. pro quolibet hedificio, & vegete pergula, & arbore ſcorzata. x. lib. &
qualibet vite vinee 10. ſol. & pro qualibet tinatio, & vegete, & pari canalium, & friſcu-
lorum 20. lib. den. Et ſemper talia cōmictens damnum paſſo debeat emendare.

De dãno dato in vineis & de vuis ſuper arborib⁹ colligendis. Cap. 37.

ITē ſi aliqua perſona damn. dederit alicui perſone colligendo vuas ſiue paginas de vi-
tib⁹ pergularũ de cluſuris, ſiue vitib⁹ vel ſiſtarent pergule ſuper arboribus & fractis, ſol
uat cōi pro quolibet raſpo x. ſol. & totidẽ damn. paſſo, & emendet dãnũ. Item ſi aliqua
perſona ĩtrauerit vineã alterius qñ eſſet plena .ſ. de menſ. Iulii, Auguſti, Settẽb. & Octo.
ſoluat cōi nōine banni 4. lib. & totidem damn. paſſo, & emendet damn. Si vero de no-
cte ſoluat cōi nōine banni x. lib. den. & totidẽ damnũ paſſo, & emendet damn. Et ſi dñs
vinee, vel aliq̃s de ſua familia inuenerint aliq̃ perſonã intrantẽ de nocte ĩ vineam ſuam
plenã, & talẽ ĩtrantẽ percuſſerit cum aliq̃bus armis, vel aliquo modo, nulla pena puniať.
Et ſimiliter eum capere, & ligare, & per dictã noſtram retinere donec ipſum in mane ſe
quenti aſſignabit curie ciuitati Nuce. ſine pena, & banno aliquo caplo ſtatuti nõ obſtãte
& de intratione vinee ſtetur ſacramento accuſatoris, ſi fuerit de nocte vſq; inquantita/
tem x. lib. ſacramento dixerit ſe vidiſſe, & inueniſſe. Et ſi accuſatus probauerit
ſe fuiſſe alibi toto illa nocte, de qua accuſatus eſt, condẽnetur accuſator in 50. lib. Et ac-
cuſatus penitus abſoluať. Si vero de die credať iuramento accuſatoris vſq; in quantita-
tem 40. ſol. tñ vt dictum eſt. Et ſi aliqua perſona intrauerit vineã alterius poſtq̃ fuerit
vendemiata, ſoluat cōi .x ſol. & totidem damn. paſſo, & emendet damnum.

De pœna colligentium poma alterius. Cap. 38.

ITē ſi aliqua perſona colligerit poma. ſ. Pira, Mala, Ficus, Amigdolas, Nuces, & perſica
ſoluat cōi nōine banni pro quolibet, & qualibet vice 12. den. vſq; in quantitatem 40.
pirorum, vel malorum: Si vero colligerit de dictis fructib⁹ vltra quantitates ꝑdictas, ſol
uat cōi nōine pene 10. ſol. & totidẽ damnũ paſſo, & emendet damn. Si vero colligerit
Cereſa, Brugnones, Guiſinas, quantacũq; colligerit ſoluat cōi nōine .x. ſol. & totidem
damnũ paſſo, & emendet dãmni. Si vero alligerit glandes ſoluat cōi nōne, pene 40. ſol.
ſi bactiuerit, & ſi non bactiuerit 20. ſol. & totidẽ damn paſſo, & emendet damnum.

De damno dante in fractis. Cap. 39.

ITem ſi aliqua perſona eleuauerit ſiue exportauerit de fractis viuis, vel mortuis ſpinas
vel alia ligna que parata eſſent inuineis, ortis clauſuris, & aliis locis cõgruis vel aliquo
ipſorum ſoluat cōi nōine pene 20. ſol. den. & totidẽ dan. paſſo, & emendet dãnum.

De damno dante in Orto. Cap. 40.

ITem ſtatuimus ꝙ ſi aliqua perſona colligerit alicui, Porros, Caulos, Cepollas, Alea,
Scalõgnas, Radices, Rapas, vel alia olera, ſoluat cōi nōine pene pro quolibet, & quali-
bet vice 20. ſol. den. Et pro intratura orti .x. ſol. & totidem damnum paſſo, & emẽdet

damnum. Et de intratura ſtet̃ ſacramento accuſantis,& ſi iuerit in ortum, & non colligerit olera,ſoluat cõi nõine banni .x. ſol. & totidem dãnũ paſſo,& emendet dãnum. Et ſtetur ſacramento accuſantis vſq; in quantitatẽ 40. ſol. ab inde vero ſupra probet legitime. Si vero ꝑdicta facta fuerint de nocte duplicentur pena,& banna.

De pœna portantium palos,& de inciſione vincorum. Cap. 41.

ITem ſtatuimus ꝙ nulla perſona debeat extrahere,vel aſportare de vinea alterius palos,& ſiq̃s contrafecerit ſoluat cõi nõine pene 2. ſol. den. pro quolibet palo,& qualibet vice,& totidẽ damn. paſſo. Et ſiq̃s colligerit,vel inciſerit vincos, de ſalcibꝰ alterius ſoluat cõi nõine banni pro quolibet,& qualibet vice 12. den. & emendet dan. Et ſi inciſerit cãnas de cãneto alieno,& aſpotauerit ſoluat pro qualibet canna 12. den.

De pœna carpentium Arbores domeſticas. Cap. 42.

ITẽ ſtatuimus ꝙ q̃ carpſerit aliq̃ plantã Mori,vel Oliue,ſoluat cõi nõine banni 6. lib. & totidem damnũ paſſo,& emendet damnum,&ſiq̃s colligerit frondes mori alterius ſoluat cõi nõine banni 20. ſol.& totidẽ damnum paſſo,& emendet dãnum.Si q̃s autem inciſerit dictas arbores,vel aliam arborẽ fructiferam,vel domeſticã a pedali, ſeu a pede ita,& taliter ꝙ a radicibus,& a terra ſeparetur ſoluat cõi nõine banni x. lib. den. & totidem damnũ paſſo,& emendat damnũ. Si aũt inciſerit ramos dictarum arborum, vel alicuius earum ſoluat cõi nõine banni 40. ſol. den. & totidẽ dan paſſo,& emendet dan.

De cuſtodia fienda pro vuis. Cap. 43.

ITẽ ſtatuimus ꝙ poteſtas, Iudex,vel vicarius,& notarius damnorũ datorum cõis Nu. & quilibet ipſorum a Kal. Iulii vſq; quo vindemie facte erunt faciant cuſtodire circũ circa ciuitatem Nuce. ꝙ nulla perſona poſſit deferre vuas, donec vindemie erunt facte, ſaluo ꝙ vnicuiq; perſone ſit licitum apportare duos Raſpos vuarum de ſua vinea , & qui contrafecerit puniatͬ in 4. ſol. pro quolibet raſpo vſq; in quantitatẽ q̃nq; raſporum abinde vero ſupra pro quolibet raſpo ſoluat cõi nõine banni 2. ſol. den.

Quomodo,& quando vindemiari poſſit. Cap. 44.

ITem ſtatuimus ꝙ nullus poſſit,nec debeat vendemiare ſine deliberatione conſilii generalis extra Sanaitas,vel infra,ſeu intra pena .x. lib. den. pro quolibet , & qualibet vice,qua contrafecerit.

Quòd famuli potatis non poſſint eſſe cuſtodes celati nec ire pro graſſia. Cap. 45

ITẽ ſtatuimus ꝙ famuli poteſtatis non poſſint,nec debeant eſſe cuſtodes celati,nec ire per graſſiam ſine licentia D. Priorum q̃ pro t̃pe fuerint,nec habere aliq̃ partem alicu ius condẽnationis facte,vel fiende per officiales dicti cõis aliquo modo vel cauſa,pena 20. lib. den. niſi per formam alicuius capituli ſtatutorum foret eis expreſſe, ac ſpetialiter conceſſum. Et illud idem dicimus in baiulis cõis Nuce. Saluo ꝙ ſi dicti familiares, vel bay. caperent aliquem exbannitum ꝙ gaudeant & gaudere debeant illo beneficio, quo gaudent & gaudere debent alii captores exbanditorũ non obſtantibꝰ ſupradictis.

¶ De pœna celantis,& nõ notificantis nomen ſuũ cũ fuerit inuentꝰ ĩ dãnis Cap. 46.

ITẽ ſtatuimus ꝙ ſi aliq̃s fuerit inuentus damn. dare,& fuerit interogatus quòd nomen habes tu,vel quo nomine vocaris,vel cuius filius es,& de qua contrada ꝙ talis interogatus debeat reſpondere interoganti,& dicat nomen ſuum proprium,& verũ, & patris ſui nomen contrade,& vnde fuerit,pena & banno pro quolibet & qualibet vice 4. lib. Si vero non reſponderit,vel reſpondere contẽpſerit dicere interoganti nomen ſuum, & patris vt dictum eſt ſupra condẽnetur vt dictum eſt,&ſi dixerit aliud nomen q̃ quod haberet ſoluat cõi nõine banni 100. ſol.den & de hoc ſtetur ſacramento interrogantis cũ vno teſte fide digno. Et hoc intelligatur cum aliq̃s inuentus fuerit in bonis alterius, & req̃ſitus fuerit a dño rei vel aliquo alio nomine,vel perſona de ꝑdictis.

De damnum dantibus in Montibꝰ Gaifane. Cap. 47.

ITẽ ſtatuimus quòd Scindici,& bay. infraſcriptarum bayliarum cõmunitatus Nuce. v3. bay. Clugiani,& ſancti Angeli teneãtur,& debeant ſingulis mẽſibꝰ , pena 20. lib. pro quolibet denuptiare oẽs & ſingulas perſonas dãnum dantes in Montan. & aliis bonis dicti cõis poſitis,& cõfinatis in curia Somaregie,& bay. ſancti Angeli potati vel ſuis

officialibus. Qui officiales teneantur,& debeant damnum dantes huiuſmodi punire,&
condemnare ſm̃ formam ſtatutorum dicti cōis. Et ſemper in forenſib⁹ dantibus dictum
damnum pena,& banna debeant duplicari.

De pœna paſturantium, vel metentiū Fenū in montib⁹ Gaiſane. Cap. 48.

ITem ſtatuimus ꝙ nulla perſona audeat, vel p̄ſumat paſturare cum beſtiis, vel fenū me
tere in pratis, poſitis in Monte Gaiſane, vel in ipſo monte, a Kal. Maii vſq; ad feſtum
ſancti Ioannis menſ. Iunii. Et q. contrafecerit ſoluat nōine banni cōi Nuce. 20. lib. niſi
q. haberet pratum in dicto monte ſuum in quo poſſit metere ſine pena,& banno. Et q.
libet poſſit denunptiare & accuſare, contra facientē,& habeat medietatē banni. Et nul
lus debeat dare dānū ſappare, vel rancare in dicto Monte, nec coppos cauare, pena Nu
cerino 20. lib. den. forenſi 50. lib. Et ꝙ ſcindici bayliarum .s. Angeli, & .s. Gregorii te
neant̄,& debeant accuſare contra facientes officialib⁹ dicti cōis. Et ſi fuerint negligen
tes ſupradicti ſcindici in accuſando, puniātur in x. lib. den. pro quolibet,& qualibet vi
ce. Et habeant dicti ſcindici quartā partē illorum bannorum delinquentium quos ac
cuſauerint: Et ſit licitum domino rei beſtias inuentas dānum dare capere,& ducere co
ram curia comunis Nucerii.

De pœna paſturantis in bonis Dominorum de Clugiano. Cap. 49.

ITē ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nemo de bay. ſancti Angeli de Gaiſana, nec aliq̄s ali⁹
cuiuſcūq; baylie, vel vndecūq; eſſet, audeat vel p̄ſumat dañ dare in ſiluis,& poſſeſſio-
nibus dominorū de Clugiano filiorum Munaldutii Taddioli, poſitis in valle .s. Agate,
in vocabulo Deſurañ. infra quecūq; latera Lenando, neq; paſturando cum beſtiis, vel ſi-
ne beſtiis, de die neq; de nocte, pęna cuilibet leuanti. x. lib. den. pro quolibet, & quali-
bet vice de die, tm̄ de nocte vero induplum condennetur pro quolibet,& qualibet vice.
Et q. libet poſſit denunptiare,& accuſare palā,& ſecrete,& habeat medietatē banni. Et
nihilominus ille, vel illi q. reperiretur dānum dediſſe in dictis bonis, pena cuilibet dam-
num danti in locis p̄dictis, de die 4. lib. de nocte vero pene duplicentur, vt dictum eſt,
pro quolibet. Et q.libet dañ dantes teneantur vltra dictā penā in qua venirent condē-
nandi conſeruare dictam vniuerſitatē,& homines,& perſonas ipſius indēñ ab omni gra
uamine,& dāno in quo vel q.bus incurrerit dicta vniuerſitas, vel ſp̄ales perſone ipſius,&
ꝙ eis infereretur a dictis nobilibus, vel altero ipſorum, vel ab aliqua perſona pro eis oc-
caſiones damni dati per dictum delinquentē, vel beſtias ipſius. Et ad p̄dicta per officiales
cōis Nuce. realiter,& perſonaliter conſtringantur,& penam non tāgentem accuſatore
cam cōis Nuce. ꝓ p̄dicto cōi recipiens recipere teneatur.

De pœna paſturantis in locis infraſcriptis,& actatione Caſtri inſule. Cap. 50

ITem ſtatuimus ꝙ nulla perſona ī foſſo Caſtri inſule,& Greppa cōis ipſi⁹ caſtri debeat
cum aliqua beſtia paſturare, ad penā 4. lib. pro qualibet vice,& qualibet beſtia boui-
na, Aſinina,& porcina. Et ad penā 20. ſol. ꝓ qualibet vice,& qualibet beſtia caprina.
Et ad penā x. ſol. pro qualibet vice,& qualibet beſtia pecudina. Et ꝙ nulla perſona ſtec-
catum berteſcas,& arma mentum dicti caſtri debeat deguaſtare extrahendo palangas,
vel eleuando aſſides, ſine licentia Caſtellanorum dicti Caſtri, ad penā 10. libr. den. pro
quolibet,& qualibet vice. Et ꝙ nulla perſona interitorio cōal'i hominum dicti caſtri de
beat hedificare aliq̄ domum, ſiue capannam, ſine licentia cōis Maſſariorum dicti Caſtri
ad penam 20. lib. den. Et ꝙ ſi hactenus aliqua perſona edificaſſet, vel hedificatum hedi
ficium haberet, in ipſo territorio, ſiue appodiaſſet aliquod hedificium, ꝙ debeat ipſum
hedificium, ſeu hedificatum,& q.cquid factum eſt tollere ad petitionē cuiuſcūq; petētis
infra terminum ſibi dañ. per poteſtatem, iudicem, vel vicarium, vel alium officialē dicti
cōis Nuc. Et ſimiliter, ſi aliqua ꝑſona apprehendiſſet de publico dicti caſtri, debeat ap-
petitionem cuiuſcūq; petentis relaxare illud quod apprehendiſſet, vel occupaſſet infra
terminum ſibi dandum, vel alterum ipſorum, ad penā p̄dictā. Et poteſtas, Iudex, vel vi-
carius,& alii officiales vinculo iuramenti,& ad penam 25. lib. den. de ſuo ſalario p̄dicta
& infraſcripta exeq. debeant,& de omnib⁹,& q.buſcūq; ſupradictis inq.ſitionē facere de
duobus menſib⁹, in duobus menſib⁹,& repertos culpabiles condēnare,& punire in penis

64 v

ſupradictis,& infraſcriptis cuius pene medietas ſit cõis,& alia petentis ſine diminutione Itẽ ꝙ foſſi dicti caſtri debeant cauari,& actari,& ẽt platea dicti caſtri explanari,& mundari per homines adiacentes dicto caſtro ſm̃ ordinem datum per ſuperſtitem datum,& aſſignatum dicte bay. inſule nominat. in capitulo de actione omnium viarum. Quòd ſuperheſtis habeat poteſtatẽ imponendi,& exigendi pena,& banna innobedientibus,& alia faciendi pro cõplendo dicta opera vſq; in quantitatẽ .x. ſol. cuius bãni medietas ſit cõis,& alia cõuertatur in vtilitatem dicti operis. Et habeat iſte ſuperheſtis illud ſalariũ quod priorib⁹ placuerit,& videbitur conuenire,& muri dicti caſtri circum circa debeãt mactonari,& in dictis muris fiant,& fieri debeant tres berdeſche murate ad renã,& calcinam de bonis lapidib⁹ expenſis adiacentium eo modo forma,& ordine prout videbit,& placebit maſſariis dicti caſtri,ſeu maiori parti dictorum Maſſariorum. Addicientes, ẽt ꝙ quũq; habet ſeu haberet in dicto caſtro aliquod caſalenum,debeat ipſum caſalenũ refeciſſe,& reparaſſe,& ibi de@rum feciſſe intra vnum annum proxime venturũ,ad penã 50. lib. den. pro quolibet cõtrafaciente. Et oẽs,& ſinguli debentes aliquid murare, aut aliud facere ſuper muris dicti caſtri debeant perficiſſe infra ſex menſes proxime venturos,ad penã x. lib. den. pro quolibet,& qualibet vice. Et ſuꝑheſtis teneatur, & debeat p̄dicta executioni mãdari facere.pena 100. ſol. Et p̄dicta teneantur facere obſeruari pena. x. lib. den. cõi Nuce. applicañ,& illud idem dicimus in aliis caſtris ciuitatis Nuce.

Quòd nullus debeat paſturare in montibus Gaiſane. Cap. 51.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nullus ꝗ non eſſet ſoppõitus noſtre iuriſdictioni, debeat paſturare,nec lenare in montib⁹ hoĩum bay. ſancti Angeli,& .s. Gregorii, & ꝗ contrafecerit ſoluat cõi nõini banni,pro qualibet ſalma lignorum 40. ſol. & pro qualibet vice cum beſtiis 20. ſol. Et ꝗlibet poſſit talem contrafacientẽ accuſare, & habeat medietatem banni. Et ꝙ nullus forenſis,vel terrigena debeat apprehẽdere de dicto mõte,nec laborare quoquo mõ. Et ſcindici dictarum bayliarum teneantur, & debeant facere terminari ipſum montem prout terminatus fuit per Gezzem olim Scindicum dictarum bayliarum per viarios cõis ꝗ pro t̃pe fuerint,& recipere,ſi aliq̃d de dicto monte ſuper apprehenſum eſſet,a t̃pe dicte iã facte terminationis vſq; nunc,&ꝙ habeanẽ quatuor boni homines,& legales Mãſſarii de dictis bayliis ꝗ dictam terminationẽ faciãt, dũmodo nullus de ipſis habeat terram in ipſo monte ad quod ſi ſcindici p̄dicti fuerint negligentes,vel fraudem vllo modo cõmicterent in p̄dictis ſoluãt cõi nõine banni 25. lib. den. ꝓ quolibet ipſorum. Et poteſtas teneatur p̄dicta facere fieri per dictos ſcindicos de menſe Aprilis,& Maii,proxime venturi. Quòd ſi poteſtas in p̄dictis fuerit negligens ꝑdat de ſuo ſalario 25. lib. Et poteſtas ſub dicta pena teneatur mictere pro dictis ſcindicis ꝙ fiant omnia p̄dicta in dictis menſibus. Et ꝙ nemo debeat paſturare cum beſtiis a capite ſtirpeti vltra vſq; pratum, de menſe Maii,& Iunii,pena 4. lib. den. ſi de die fuerit,ſi de nocte duplicetur pena. Et quòd nullus debeat ire ad metendum cum falce fenaria,vel manuali in dicto monte,ſeu prato ante feſtum beati Ioannis de Iunio,& qui contrafecerit ſoluat cõi nõine banni,pro quolibet,& qualibet vice,ſi terrigena fuerit 4. lib. Si vero forenſ. duplicetur bannum. Et ſcindici dictarum bayliarum teneãtur,& debeant accuſare contra facientes,pena 50. lib. den. Et p̄dicta volumus firmiter obſeruari,& banniatur hoc de menſe Ian. ꝙ nullus forenſis debeat lenare,nec paſturare,nec fenare in ſupradictis montibus,pena p̄dicta,& quòd nullus debeat extrahere cippos de territorio Nucerino pena 4. lib. pro qualibet vice,& qualibet ſalma .x. lib. Et ꝗlibet contra faciens poſſit capere & ducere in fortiam cõis Nuce. & denunptiare & accuſare & habeat medietatem banni.

Qualiter teneatẽ pater ꝓ filio,& patronus pro famulo. Cap. 52.

ITem ſtatuimus ꝙ in omnibus,& ſingulis capitulis,& ſtatutũ damnorum datorum, & bannis,& peñ ipſorum,pater pro filio,& patronus pro famulo omnia, & ſingula banna ſoluere teneatur.

Qualiter habentes poſſeſſiones deſuper vicinum non inferat eidem nocumentum. Cap. 53.

62v

ITē ſtatuimus ꝙ quelibet perſona q̃ haberet poſſeſſionē ſuā de, & ſuper poſſeſſionibus alienis teneat lapides, & alias res, & ſpes rerū q̃ trahūtur ad fondimēto, & foduntur de ſua poſſeſſione. ita, & taliter, & tali modo ꝙ non deuaſtent arbores, & res poſſeſſionis vicini ſui q. habet poſſeſſ. ſuā de ſubter. Et q. cōtrafecerit emendet dānū patiēti, & ſoluat cōi nōine banni ꝓ qualibet vice 4. lib. Et nihilominꝰ quòd demerſerit debeat eleuare.

De pœna habentis domum cum aliquo ex ſuperiori parte non retinentis eam copertam. Cap. 54.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi aliqs haberet in aliqua domo ī ciuitate Nuc. vel eius deſtrictu, ſolum tectū ſuperficiē, plancatū, ſeu ſolarium teneat̄, & debeat retinere cohopertum, & ita, & taliter actatum ꝙ conuicino q. ī ipſa domo habet ſolum, & acterratū & a plancato infra non p̄ſtet aliquod quomodolibet īpedimētum, vel dānum quodcūq;, & talis habens dñium in dicta domo aplancato ſupra ad petitionē, & reqſitionē dicti cōuicini q. habet acterratum aplancato infra, taliter actare, & copire teneat̄, & cogat̄ pena 100. ſol. qua contrafecerit, ſeu neglexerit ad implere p̄dicta: Et ꝙ nullus ipſorum p̄ſtet vel inferat aliquod nocumentū quocūq; nōine nuncupatū vz. vnus alteri, & alter alteri, ita ꝙ conuicinus non poſſit libere, & pacifice poſſidere partem ſuā, ad penā p̄dictā: Et ſi propter tale nocumentū alter ipſorum ab altero eſſet in aliquo dānificatus talis dañ dās vel inferens, ſeu ſua culpa, ſeu negligentia illatū vltra ſupradictā penā dānū patiēti emēdare teneat̄. Et poteſtas iudex, vel vicarius p̄dicta oīa & ſingula obſeruari facere teneat̄, & ſūmarie, & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ad petitionē cuiuſcūq; petentis.

De exoneratione eorum q ſunt obligati per cōe Nucerii. Cap. 55.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ priores q. erunt de menſibꝰ Ianuarii, & Februarii proxime venturi teneātur, & debeant ſollicite procurare, ꝙ oēs ille perſone Ciuitatis, & deſtrictus Nuce. que fuiſſent, & eſſent hactenus pro aliquo debito dicti cōis apud quoſcūq; vſurarios obligate ꝙ liberentur, & extrahant̄ a dicta obligatione. Et ꝙ a dictis debitis ab ipſis creditoribꝰ effectualiter liberentu & q.etentur ad petitionem cuiuſcumq; petentis: Et ꝙ ſi priores fuerint negligentes in non procurando ſollicite ſupradicta puniantur in 25. lib. dēn. pro quolibet eorum comuni Nuce. applicandorum.

Finis Quarti Libri.

IN NOMINE DOMINI AMEN, INFRASCRIPTE SVNT Rubrice Quinte & vltime partis dictorum Statutorum vz.

QValiter Muri Ciuitatis Nucerii actentur.	Cap.	1
Quòd nulla perſona recipiatur in Ciuem niſi poſſideat.	cap.	2
Qualiter comitatiui debeant habere domum in Nucerio.	cap.	3
De prouiſione fienda per priores ſuper reparatione, & cuſtodia ciuitatis.	cap.	4
De electione duorum bonorum virorum ad Molendina merlata.	cap.	5
De aptatione viarum Pontium, & fontium, & electione ſuperſtitum	cap.	6
De viis aprehenſis relapſandis	cap.	7
Quòd ſtrata que dicitur Franceſcha aptetur.	cap.	8
De aptatione pontis Buſegne, Puſtignani, & conflentis.	cap.	9
De aptatione pontis Caſtriciani	cap.	10
De Aqua non deriuanda extra curſum proprium.	cap.	11
De quodam itinere aptando in Baylia Garbonarie	cap.	12
De quadam via aptanda in Baylia Lanciani.	cap.	13
De quodam fonte fiendo in baylia Andoline.	cap.	14
De via Africe, & etiam fonte aptanda	cap.	15

62v

De Fonte fiendo in Paſſignano. cap. 16
Quomodo manuteneatur ſtrada ſubtus domum Pucciarelli. cap. 17
De Fonte fiendo in baylia Sdagni Prætane,& aliis cap. 18
De cuſtodia infra ſcriptorum Caſtrorum. cap. 19
Quòd cuſtodia caſtrorum nullatenus Augeatur. cap. 20
Quòd in infraſcriptis baliis non poſſit locari aliqua domus,ad penſionem alicui forenſi. cap. 21
Quòd null9 poſſit ędificare aliq̃ domũ,vel aliqđ ędificiũ in ortal' olĩ minorũ cap. 22
De pœna trahentis aliquod genus bladi,& quomodo,& quando liceat. cap. 23
Qualiter ſoluatur pedagium. cap. 24
Qualiter vendatur filatum in ciuitate Nucerii. cap. 25
De aptatione Turris Somaregie,& Puſtignani. cap. 26
De electiõe ſcindici gñralis cõis,& ei9 officio,& de publicis cõis reinueniẽdis cap. 27
Qualiter res communis emantur,& prætium ſcribi in communi cap. 28
Qualiter conſeruentur indemnes per commune officiales dicti communis cap. 29
De inuentario fiendo,& rebus aſſignandis poteſtati cap. 30
De ſalario Ambaſciatorum cap. 31
De ordine ſeruando in exbannitis Curie ducali. cap. 32
Quòd ordinamenta facta per Artifices habeant bonum robur cap. 33
De elemoſinis fiendis,& dandis. cap. 34
De honore fiendo in feſto ſanctę Marię de Auguſto per priores. cap. 35
De honore fiendo in feſto ſanctę Mariæ de Auguſto per Artifices. cap. 36
Qualiter remondetur Mactonatum,& remactonentur ſtrade, cap. 37
De Berteſchis fiendis & reparandis. cap. 38
Qualiter Mercatores pannorum debeant vendere ad cannam comunis. cap. 39
Qualiter habentes menſuras cõis habeant ſalarium infraſcriptum cap. 40
Qualiter concedantur repreſalie. cap. 41
De conductione,& ſalario Medicorum. cap. 42
De adiutorio dando ſtudere volentib9 in iure canonico,& ciuili,& Medicina cap. 43
De adiutorio fiendo operantibus artem carte. cap. 44
De Magiſtro Gramatice hñdo,& de eius ſalario,& pro domo cap. 45
De Artificibus Lane guarnellorum,& cẽbellarum,& eorum ſalario cap. 46
Qualiter Artifices artium obbediant eorum Rectoribus cap. 47
Qualiter Artifices ſoluant in duplerio pro ea Arte quam magiſtri operantur cap. 48
De operibus fiendis in aliquo quarterio,vel baylia. cap. 49
De venditione carceris & bandimentis fiendis. cap. 50
Quòd nulla perſona poſſit habere domum cohopertam de ſtuppula. cap. 51
Quod habentes Columbariam apportẽt pippiones cap. 52
Qualiter infraſcripta via aptetur cap. 53
Quòd fontes Aque ciuite aptetur,& compleatur. cap. 54
De domibus,& hedificiis non debentibus impedire muros ciuitatis cap. 55
Quòd terrenum infra foſſos puſtignani coptumetur cap. 56
Quòd quedam ſtrata debeat mactonari cap. 57
Quòd venientes ad cuſtodiam pro debito vel alia cauſa non poſſint cogi Cap. 58
Quòd via iuxta muros cõis exgomboretur. cap. 59
Qualiter interpretentur ſtatuta. cap. 60
Si qua ſtatuta ſunt contra libertatem ecceleſię ſint caſſa cap. 61
De poſtribulo fiendo in calalenis cõis poſito in mercatali cap. 62
De Scrofis non retinendis cap. 63
De venditione cerche Cinciorum cap. 64

Finis

IN

IN NOMINE IESV CHRISTI AMEN,

Hęc eſt Quinta pars dictorum Statutorum.

Qualiter muri Ciuitatis Nucerii aptentur. Cap. 1.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ Muri Ciuitatis Nucerij circum circa de
beāt eſſe altitudinis viginti quinq; pedum ad minus ab extra dictos muros:
Et ꝙ poteſtas, & priores de proximis futuris mēſibus Nouēbris, & Decēbris
Anno quolibet teneantur inter partire quatuor cannas muri, hoc modo, &
ordine ꝙ ipſi priores de dictis menſib⁹, aut eorum altero continuent dictas
quatuor cannas muri fiendas, & murandas in eo loco v3. in circha murorum dicte ciui-
tatis, & illius groſſitudinis vbi, & quomodo videbitur ipſis priorib⁹: Et ꝙ tales coptuma
tores teneantur, & debeant reddere, & reaſſignare dictas quatuor cannas muratas & cō
pletas prædicti muri per totum menſem Maii, nec poſſint laborare in dictis muris co/
ptumatis, nec incipere murari niſi de menſibus Martii, Aprilis, & Maii peñ ipſis coptu-
matoribus pro quolibet, & qualibet vice .x. lib. den. Et ipſi priores teneantur, & debeāt
p̄parare, vel parari facere calcinam ad locū vbi dictę quatuor cāne muri murari debeāt:
Volumus inſuper ꝙ priores ꝗ coptumabunt dictum opus, vel aliquod aliud opus dicti
cōis ſemper debeāt conuenire cū eis ꝙ tertia pars pretii dicti coptumi remanere debeat
penes cam̃ dictis cōis, & eis non ſoluatur, nec detur ipſa tertia pars, donec ipſi coptuma-
tores cōpleuerint, & cōpletum aſſignauerint dictum opus vt ſupra dictum eſt, pena po-
teſtati 100. lib. & cuilibet priorum 25. lib. ſi ad p̄dicta fuerint negligentes: Et facere te
neatur & debeant ꝙ oēs muri circum circha ciuitatē Nuce. ſint liberi ex omni parte. Et
ad p̄dicta facienda poteſtas teneat̃, & debeat vinculo iuramenti facere, & p̄bere adiuto
rium, conſilium, & fauorem taliter ꝙ p̄dicta oīa, & ſingula executioni mandent̃, & fiant:
Et hoc capitulum ſit p̄ciſum & īmutabile: Et de ipſius ſuſpenſione non poſſit p̄poni, vel
reformari per poteſtatē iudicē, vel priores. vel aliquem alium, pena poteſtati 100. lib. &
cuilibet priorum 50. lib. & cuilibet conſultori ꝗ conſuleret de ſuſpēſione dicti capituli
25. lib. den. Et notario ꝗ ſcripſerit 25. lib cōi Nuce. applicañ. Itē volumus quòd oēs, &
ſinguli homines, & perſone ꝗ, vel q̃ tenerent̃ & deberēt facere aliq̃ quantitatē, ſeu mē-
ſuram muri alicuius muri ex vigore cōdēnationis cuiuſcūq; facte de eis, vel ex forma ali-
cuius pacti ſeu promiſſionis, vel obligationis dicto cōi teneāt, & debeant ad penā quarti
pluris eius quòd valeret murus ꝗ fieri deberet per eos, vel aliquem ipſorum murare, ſeu
murari facere. Et ipſum opus expeditum aſſignare, ac reddere dicto cōi, vel dñis priori-
bus ꝗ pro tp̄e fuerint per totum menſem Iunii proxime venturi, q̃ penam de facto ſine
aliqua condēnatione, & ſolēnitate, ac diminutione aliqua poteſtas exigere, & exigi face
re teneatur a contrafacientib⁹, & quolibet eorum: Cuius ꝗdē quarti, ſeu pene prędicte
poſtq̃ ipſa pena deuenerit, penes cam̃ dicti cōis, idem camerarius teneat̃ & debeat me-
dietatem dare, ac ſoluere dicto D. Poteſtati, abſq; aliqua apodiſſa, ſeu deliberatione.
Et nihilominus in anno ſequenti de dictis menſibus facere teneantur ad dictam penam
iterato exigendā modo, & ordine ſupradicto totiens quotiens per eos, vel aliquem ipſo
rum obmiſſum fuerit, & ſēper per ipſum cōe detur calcina p̄dictis, & aliis murantib⁹, vel
ꝗ murare tenerentur, & infuturum tenebuntur dicto cōi, vel in opere ipſius cōis.

Quòd nulla perſona recipiatur in ciuē niſi poſſideat. Cap. 2.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nulla perſona poſſit, nec debeat recipi in ciuem ciuit.
Nuce. niſi habeat in bonis ſtabilibus in ciuitate Nuc. vel deſtrictu valent b⁹ 50. lib.
den. Et ſi aliter reciperent p̄termiſſo ordine ſupradicto eius receptio non valeat ipſo iu
re, & quòd talib⁹ nouib⁹ ciuib⁹ recipiendis nulla poſſit concedi īmunitas. Et ſi cōcede-
retur non valeat, nec teneat ipſo iure. Et hoc beneficium gaudeant p̄dicti recepti ſi ha-
bitauerint, & dictas factiones fecerint in ciuitate, & deſtrictu Nuce. & aliter non. Item
volumus ꝙ nulli priores dicte ciuitatis, nec pōtas, ſeu alii officiales poſſint proponere in
conſiliis opportuñ dicti cōis de eligendo aliquē in ciuē dicte ciuitatis abſq; licentia, &
deliberatione p̄habita conſiliariorum de maiori libra vel minoris partis ipſorum.

Q

63v

Qualiter Comitatiui debeant habere domum in Nuce. Cap. 3.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ qlibet Nuce. comitatenſ. q eſſet allibratus 15. lib. vel abinde ſupra teneanẽ,& debeant emere,facere,habere,vel acqrere iure proprio vnã domum propriã in ciuitate Nuce.vere, & non ficte vſq; ad duos annos proxime futuros eamq; continuo retinere,& habere ĩperpetuũ,pena cõtrafacienti,& cuilibet eorũ 25. lib. Et nihilominus teneãt,& debeãt,& conſtringãt ipſam domum emere, & q̃rere, ſeu facere, vt dictum eſt: Et ꝙ non debeant eſſe plures ad vnã domum,niſi vnus qſq, pro ſe,non obſtante ꝙ dictã librã habeant cõem dũmodo ſit ipſa libra 20. lib. & inſimul cohabitauerint,& non obſtante ꝙ habeãt librã minorẽ per ſe 15. lib. ſi habuerit aliam per ſucceſſionẽ,vel alio modo q̃ aſcenderet ad dictã ſũmã 15. lib. Et pdicta oĩa poteſtas teneatur vinculo iuramenti ĩuiolabiliter obſeruare,& obſeruari facere, pena 100. lib. de. cõi Nuce. applicañ de ſuo ſalario. Et ꝙ priores q pro tpe fuerint ſint ſolliciti,& aptenti & pdicta ſeruent,& dare opem,& operã quòd põtas pdicta oĩa exequatur,pena cuilibet priori .x. lib. Et hoc capitulũ ſit pciſum, & ĩmutabile de cuius ſuſpenſione non poſſit ꝓponi,pena põtati,& prioribus ſi contrafecerint 50. lib. pro quolibet eorum. Et nihilominus qcqd fieret non valeat ipſo facto. Et hoc banniatur de menſe Iunii.

De prouiſione fiẽda per priores ſuper reparatione & cuſtodia ciuitatis Cap. 4.

ITẽ ſtatuimus quòd priores ciuitatis Nuce.cum illis ſapientib⁹ quos voluerint habeãt ex vigore huius capituli plenã licentiã generale arbitrium,& baylĩa in prouidẽdo,deliberando,& ordinando qcquid eis videbiẽ conuenire,tã ſuper muris reparandis,q̃ ſuꝑ omnib⁹ aliis neceſſ. circa cuſtodiã ciuitatis pdicte,& non obſtante reparatione murorũ vel quouis alio neceſſario ad cuſtodiã faciendã in vtilitatẽ,vel dañ alicuius ſpalis perſone,quòd per eos poſſit prouideri prout eiſdẽ priorib⁹,& ſapientib⁹ videbitur conuenire omni modo,& forma per eos ordinañ. Et qcquid per eos fuerit ordinat. plenam obtineat roboris firmitatem circa omnia ſupradicta. Et poteſtas teneaẽ illud obſeruare, & facere obſeruari,pena 50. lib. denariorum.

De electione duorũ bonorũ virorum ad molendina merlata. Cap. 5.

ITem ſtatuimus,quòd duo boni homines eligendi per priores debeant facere plãtare mille plantones ſalconũ plopporum ſiue albanorum in forma, & cluſis molendinorũ merlatorum cõis Nuce. vbi melius videbiẽ conuenire,de menſib⁹ Ianuarii,Februarii,& Martii,pro vtilitate dictorum Molendinorũ,& cluſarum de qbus plantonib⁹ nulla perſona audeat,vel pſumat incidere de lignis ſiccis,vel viridib⁹. Et q contrafecerit ſoluat nõine banni 20. ſol. den. Et ſi dãnum dederit aliqs mollariorũ exiſtentium in dictis molendinis,vel aliqs de ipſorum familia dupliceẽ ei bannum. Qui boni homines habeant de pecunia cõis pro eorum ſalario,& labore 20. ſol. den. pro quolibet eorum. Et ſi non fecerint pdicta, ſoluat cõi qlibet eorum x. lib. den. cõi Nuce. applicandorum.

De aptatione viarum Pontium & Fontium,& electione ſuperſtitum. Cap. 6.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus quòd oẽs Vie,& Strade ciuitatis,& deſtrictus Nuc. aptẽtur q̃ indigent aliquo reparamine. Et debeant aptari,& reparari per adiacentes dictarum viarum,& cuiuslibet ipſarum. Et ẽt omnes,& ſinguli fontes,& pontes exiſtentes in deſtrictu dicte ciuitatis,& iuriſdictione cuiuſcũq; quarterii,vel baylie, in cuius iuriſdictione via,ſtrata,fons,ſiue pons poſiti eſſent per adiacentes dictorum pontiũ,& fontium vie,& ſtrate cum oĩbus,& ſingulis reparamentis,& laboreriis congruis, & neceſſariis dictis ſtradis,fontib⁹,& pontib⁹,& cuilibet ipſorum, & ad aptationem dictarum viarum, ſtratarum pontium,& fontium, & cuiuslibet ipſorum: Volumus quòd fiat & ſint ſuperſtites. Qui ſuperſtites ad faciendũ fieri infraſcripta ſi fuerint negligentes ſoluant cõi nomine banni x. lib. pro quolibet,& qualibet vice,& priores q pro tpe erunt poſſint alium ſuperſtitẽ eligere loco illius negligentis,& mortui,vel abſentis,auctoritate pñtis ſtatutĩ prout eiſdẽ priorib⁹ videbiẽ,& placebit. Qui ſupſtites,& qlibet eorum habeant plenam licentiã,& liberã poteſtatẽ,& arbitrium ſuper aptatione dictarum viarum,& ſtratarum, pontium,& fontium,& cuiuslibet ipſorum,& ẽt faciẽdi eleuari ſepes,arbores, & fractas ĩpedientes,pendentes,& occupantes vias,& ſtradas,ac ẽt ampliandi ipſas ſtradas, & viã

per

per quecũq; locum, vt eiſdẽ ſuꝑſtitibus videbiꝰ cõuenire ſẽper tñ cum licentia dñorum
pri ɔrũ ꝗ pro tꝑe erunt. Et cum pñtia,& conſenſu quatuor bonorũ hominum adiacen-
tium ipſarum viarũ,& aliter non abſq; contradictione alicuiꝰ perſone,pena cõtradicẽti
25. lib. den. Et nihilominus dirigant ipſas vias per locũ adiacentẽ, & minus dãnoſum.
Que vie debeant eſſe adminus .8 pedibꝰ & plus ad ſenſum ſuꝑſtitum: Et ſi acciderett ꝙ
aliꝗs ipſorum ſupreſtituũ irẽt cum hominibꝰ ſue balie,vel quarterii ad aliquod actamẽ
ipſarum viarũ ſtratarum fontium & pontiũ,nihilominus ipſi ſuꝑſtites habeant ſalarium
ab hominibꝰ,& perſonis dicte ſue baylie & quarterii,& nõ ab aliis,vt placuerit prioribꝰ
dicte ciuitatis. Et ſi aliꝗs ipſorum ſuꝑſtituũ moleſtareꝛ occaſionibꝰ ſupradictis in curia
cõis Nuce. ſeu dñi ducis per cõe defendaꝛ.Et põtas ꝗ erit de proximis menſis Maii,& Iu
nii,teneaꝛ facere banniri ꝑdicta,ad penã in ſtatuto contentã, & ẽt faciendi exgõborari
ſtratas,vias,& fontes: Qui ſupreſtites, & ꝗlibet eorum poſſint,& valeant eligere vnum
notarium pro quolibet ipſorum,ꝗ ſit vna cum ſupreſtite ad facieñ actare ꝑdicta: Et ſa-
larium,& pene,& banna conceſſa,& ordinata dicto ſupreſtiti ſint cõia dicti ſupreſtitis,
& notarii ipſius: Et iponere banna hõibꝰ,& perſonis ſui quarterii,ſeu baylie eis,& cuili-
bet ipſorum non obedientibꝰ vſq; in quantitatẽ 5. ſol. pro quolibet & qualibet vice, &
ipſa banna põtas,& ſui officiales teneanꝛ exigere,& exigi facere ab inhobedientibus, &
ipſos pignorari facere per bayulum cõis Nuce. vel bay. balie,vt placuerit ſupreſtiti:Me
dietas cuius banni ſit cõis,& alia ſupreſtitis,& notarii illius quarterii,vel bay,inquo,vel
inquaˡeſſet electus cum illo ſalario quòd eis,& cuilibet ipſorum ordinatũ fuerit per prio
res cõis Nuce. ꝗ pro tꝑe erunt: Et põtas iudex,vel vicarius teneanꝛ penas exigere & bã
na,& exigi facere pro cõi Nuce. eidem cõi applicañ. Adiacentes aũt declaramus,& in-
telligimus,ac ẽt volumus oẽs,& ſingulas perſonas q̃ ꝑ dictas vias,& ſtratas,& pontes vel
alterum ipſorum iuerint ad eorum domos ſiue poſſeſſiones poſitas,vel ſituatas in quar-
teriis vel bayliis,vel altero ipſorum,vbi dumtaxat vie,ſeu pontes huiuſmodi ſite ſunt.
Itẽ ꝙ via q̃ incipit a ponte Parani,& tendit directo ad ſanctã Mariã de Dignano actetur
& manuteneaꝛ per bayliã inſule,& bayliã Carbonarie,& hõies,& perſonas earum, & ꝑ
adiacẽtes ipſius vie. Itẽ ꝙ via qua itur ad pontẽ Buſegne vſq; ad medietatẽ foſſati quod
eſt ſubtus hoſpitale collis arce verſus quercũ, & vſq; quo pro tendiꝛ territorium Nuce.
aptetur,& manuteneaꝛ per bay.puſtignani,& Maſcionchii,& per hõies & perſonas ipſa
rum. Dicimus tñ ꝙ homines quarterii Saxi intus teneanꝛ,& debeant aptare ſtratã a por
ta .s. Franciſci vſq; ad pontẽ Ficarelle,& a dicta ſtrata vſq; ad ſtratã qua itur verſus Ful
gineum,& a ciuitate vſq; ad Corollã Dicimus inſuper ꝙ molendinarii ꝗ reſidebunt in
molendinis canonicorum ſitis prope ciuitatẽ Nuce. teneanꝛ,& debeant taliter operari,
ꝙ aqua q̃ fluit a receſſorio dictorum molendinorum ſito iuxta terrã .s. Spiritus,vſq; a di
cta molendina non demergat,neq; labatur,per ſtratã ſitã iuxta formã dictorum molen-
dinorum,ac receſſoria vſq; ad dicta molendina,& ꝙ dicti Molendinarii teneantur actaꝛ
dictã ſtratam infra dictos fines,& non homines dicti quarterii, pena ſi dicti molendina-
rii contrafecerint 100. ſol. pio quolibet,& qualibet vice: Et quilibet poſſit denunptiaꝛ,
& accuſare,& habeat medietatẽ banni. Itẽ ꝙ bomines quarterii Burgi, debeant aptare
ſtratã qua itur verſus Fulgineũ,a porta .s. Martini,vſq; ad potẽ .s. Iacobi,& a dicta ſtra-
da vſq; ad ſtratã qua itur verſus Africam,& ipſam ſtratã vſq; ad eccleſiã .s. Andree. Itẽ
ꝙ hõies quarterii Turris veteris debeãt aptare ſtratã qua itur verſus pontẽ Parrani,vſq;
ad dictum potẽ. Et vſq; ad ſtratã qua itur verſus Gualdum,per hõies:Quarterii .s. Spus
debeant aptare ſtratã qua itur verſus Gualdũ vȝ. a porta .s. Franciſci,vſq; ad maieſtatẽ
flodii,& a dicta ſtrata vſq; ad ſtratam qua itur verſus Bagnariam.

De viis apprehenſis relaxandis. Cap. 7.

ITem ſtatuimus,ꝙ cum plures vie,& ſtrate publice, & vicinales per diſtrictũ ciuitatis
Nuce. ſint apprehenſe deuaſtate,& impedite per homines & perſonas habentes poſ-
ſeſſiones iuxta ipſas vias,& ſtratas: Item ſtatuimus,& ordinamus ꝙ vnicuiq; de ciuitate
Nuce. & eius deſtrictu habenti poſſeſſiones in contrada vbi dicte vie,& ſtrate ſic occu/
pate põite eſſent,liceat,& poſſit petere ſumarie corã poteſtate iudice, vel vicariis dicti

124v

cōis quatenus dicte vie & ſtrate aperiantur relapſentur, terminent̄, & reactent̄, & facta petitione huius, dicti officiales, vel alter eorum teneant̄, & debeant p̄dicta fieri facere, & executioni mandare, & pena, & banna īponere contrafacientibus infra .x. dies poſtq̄ eis mandatū fuerit per ipſos officiales, aut aliquē ex eis vſq; in 100. ſol. pro quolibet, & qualibet vice cōi Nucerii applicandos, & de facto auferendos, pro dicto cōi abſq; condemnatione aliqua, pena dictis officialibus ſi fuerint negligentes, & remiſſi decem lib. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd ſtrata que dicitur Franceſca actetur. Cap. 8.

ITē ſtatuimus, ꝙ ſtrata que dicitur Franceſca, a ciuitate Nuc. vſq; quo protenditur, & protendi couſueuit territorium dicti cōis, terminetur ab vtraq; parte ipſius ſtrate per locum per quē fuit, & eſſe conſueuit tp̄e q̄nquaginta annorum p̄teritorū, & in eo ſtatu reducat̄, quo erat dicto tp̄e. Et ſi aliq̄s de dicta ſtrata in aliqua parte ipſius apprehenderit cum muris, limitimbus, fractis, foſſatis, vel aliquo alio īpedimēto ingōmorare, ſiue parimine, ſeu laboritio, teneatur limitē, fractā, parimen, & laboritium facum leuare, infra menſem poſtq̄ factum fuerit bandimentū pena, & bāno 25. lib. den. Et de menſe Ianuarii prima edogmada dicti menſis per poteſtatē, & priores eligantur duo boni homines de ciuitate, & deſtrictu Nuce. q̄ ſint legales, & q̄ debeant eſſe vna cū notario cuſtodie dicte ciuitatis: Qui notarius vna cum dictis bonis hominib⁹, & ipſi cum eo teneant̄ ire per totā dictam ſtratā: & facere euocari ibidē hōies oēs habentes poſſeſſiones iuxta dictā viam, ſeu ſtratā, & ēt oēs habitantes in bay. s. Angeli, & bay. vallis podii. s. Gregorii, & Paſſignani: Et facere inq̄ſitionem de antiq̄tate, & conſuetudine, & ſtatu dicte ſtrate, & ipſa inq̄ſitione facta per antiquos hōies ipſarum bay. ſiue alicuius earum dictā ſtratā faciant terminari a rigo ſtodii prout protenditur territorium ciuitatis Nuce. & a dicto Rigo, vſq; ad ciuitatē terminetur per hōies ipſius ciuitatis vocandos per priores. Et citatis perſonis habentibus poſſeſſ. iuxta ipſam ſtradā: Pōtas, nōrius cuſtodie, & priores, & dicti boni hōies teneāt vīculo iuramēti, & pēn pōtati, & nōrio 50 lib. den. ꝓquolibet eorū, Et priorib⁹ 25. lib. ꝓquolibet eorū p̄dicta fieri facere de mēſib⁹ Martii, Aprilis Maii, omni mō & iure q̄b⁹ meli⁹ fieri poteſt, & alicui nō liceat opponere p̄ſcriptionē de aliqua parte ipſi⁹ ſtrade minoris tēporis 50. annorū, ſed incōtinenti facta terminatione ipſi⁹ ſtrade debeat q̄libet opponēs, & retinēs ſup apphenſā eleuare, & relapſar̄, pēn 10. li. den. Et pōtas iudex, vel vicarius poſſint, & debeant facere inq̄ſitionē de p̄dictis, & inuētos culpabiles, & non leuantes, nec relapſantes infra 15. dies poſt dictam terminationē factam in dicta pena condēnetur: Et eundē modum dicimus obſeruari debere ī ſtrada p̄dicta, a ciuitate Nuce. vſq; ad hoſpitale collis Arche, & vltra prout p̄tenditur territorium Nuce. cum hominib⁹ de ciuitate Nuce. & de Maſionchio, & de baylia Puſtignani & Balciani per ciues intrinſecos v3. a ciuitate vſq; ad pontem Conſlentis, & per comitatenſes p̄dictos a dicto ponte, vſq; ad dictum hoſpitale collis Arche, & vſq; ad fines nr̄i territorii: Volumus inſuper ꝙ priores q̄ erunt de menſib⁹ ſupradictis teneantur, & debeant notificare poteſtati, & notario cum proteſtatione in ſcriptis exibita, quòd obſeruent, & executioni mandent omnia contenta in præſenti capitulo ad penam prædictā, pro quolibet eorundem.

De actione pontis Buſegne Puſtignani & Conſlentis. Cap. 9.

ITē ſtatuimus, & ordinamus ꝙ pons Buſegne reparetur, & reparari debeat, vbi indigeret reparatione, & reactatione, & ēt ripa iuxta pontē cum palis, & lapidib⁹, & aliis neceſſariis, de menſib⁹ Septēbris, & Octobris venturis proxime, omne laboritium neceſſarium in reactatione pile, volte, et totius Muri dicti pontis, de lapidibus, calce, arena, et magiſterio fieri debeat expenſis cōis Nuce. alie vero expenſe et reparationes pro dicto ponte, et rupe fiant, et fieri debeant per adiacentes dicti pontis, et illud idē dicim⁹ fieri, et obſeruari debere circha pontes, et in pontib⁹ v3. ponte Conſlentis quo itur Fulgineū et altero ponte quo itur Puſtignanum in oībus, et per omnia, prout ſuperius in p̄nti capitulo contineт̄, et ꝙ bay. bayliarum in q̄bus bayliis ſiti ſunt ipſi pontes, et q̄libet ipſorum teneantur, et debeant de ſex menſibus, in ſex menſes referre officialib⁹ dicti cōis, ſi

dicti pontes aut aliq ipſorũ ſint in aliquo diructi, vel deuaſtati, pena dictis bay. cōtrafacientib⁹ .x. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice, & ſi non inueniret diruens, vel deuaſtans, tunc tres domos proximiores dictis pontib⁹, teneatur ad reactationē dictorũ pontium ſuis exnenſis. Adiacentes aũt dicti pontis Buſegne eſſe dicimus, & declaramus, ac ēt volumus baylias Inſule Carbonarie Lanciani, & ꝑtane, & hōies, & perſonas ipſarum bayliarũ: Adiacentes aũt pontis quo itur a Nucerio Fulgineũ eſſe debere dicimus declaramus, & volumus illos quos priores q pro tempore fuerint duxerint declarandos: Et etiam ſupreſtites ſuper acconcimine dictorum duorum pontium ſint illi quos iidem priores declarabunt, & eligent.

De aptatione pontis Caſtrucciani. Cap. 10.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ qdã pons q vocar Pons ville Caſtricciani pro eo ꝙ ē in vtilis eo maxime ꝙ fluuius q ſolebat fluere ſubtus dictum pontē arripuit alium curſum mutet in loco vtili, & magis acto rei ꝙ dictus fluuius fluat, & fluere poſſit ſubtus dictum pontē, & perſone volentes inde tranſire comode tranſire poſſint, & mutari debeat & poſſit per adiecentes dicti pontis ſumptib⁹, operib⁹, & expenſis tñ dictorum adiacentium: Excepto ꝙ cōmune Nucerii, & cam ipſius q fuerit tp̄e mutationis dicti pontis teneatur, & debeat dare ipſis adiacentib⁹ calcē ſufficientē pro conſtructione, & mutatione dicti pontis: Et ēt ſoluere magiſtris, ſeu magiſtro q conſtruet armadurã dicti pontis v3. armadurã lignaminis condecentē ſalariũ & mercedē pro cōſtructione ꝑdicta fienda de lignis dictorum adiacentium ad quē pontē murandũ, & conſtruendum eligat ſupſtis q exequi teneatur ꝑdicta infra annum, a die approbationis pręſentium ſtatutorum, pena ipſi ſupreſtiti .x. lib. den. cōi Nuce. applican cum condecenti ſalario. dicto ſupreſtiti per dictos adiacentes ſoluendo.

De Aqua non deriuanda extra curſum proprium. Cap. 11.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ꝙ quicũq; mutauerit curſum in totum, vel in partē alicuius aque ſolite fluere inde ſpatio 20. annorum, & deriuauerit, & declinauerit dictã aquã palium curſum q̃ conſuetum curſum antiqum, debeat ipſam aquã reducere, & deriuare ad ipſum curſum antiqum infra vnum menſem proxime vēturũ libere & expedite, ita ꝙ nullo modo ſuo conuicino, nec cōi ꝑſtet īpedimentum dãnoſum ſeu dan. Et ſi ꝑ deriuationē dicte aque factã extra curſum antiqum via aliqua eſſet īpedita, vel īpediret, vel vicin⁹ eſſet dãnificatus modo aliquo debeat, ipſam viã expedire, ac reducere ad priſtinum ſtatum: Et q contrafecerit in ꝑdictis ſoluat cōi nōie banni .x. lib. den. & emendet dãnum. Et cuilibet ſit licitum ſine pena, & banno aq̃ dirigere, & deriuare ad curſum antiqum, & viã ſic occupatã per dictã aq̃ reparare, & reactare, itaꝙ qlibet poſſit per eã ire, & redire: Et poteſtas iudex, vel vicari⁹ teneat, & debeat ꝑdicta facere obſeruari peñ x. lib. cōi Nuce. applicãda. Itē ꝙ nemo audeat, vel ꝑſumat modo aliquo īpedire curſum aque, vel aliquē fluentē contra ſolitũ modum ad Molendinum ſiue molendina alicuius ſub pena x. lib. pro quolibet, & qualibet vice: Itē dicimum ꝙ vnicuiq; habenti molendinum, & formã molendini ſit licitum remondare, & remondari facere ipſam formã: Et proicere ingomoriũ ipſius forme qnòd extraſſerit ipſe, vel auctor eius prout conſueuit ſine pena, & banno.

De quodã itinere actando in bay. Carbonarie. Cap. 12.

ITem ſtatuimus ꝙ in bay. carbonarię quedã via qua itur Moranum, incipiendo a foſſa to taſſelli vſq; ad foſſatum Aquaglioli actet, & mactonet lapidib⁹ per homines adiacētes, & poſſeſſiones hñtes prope dictã viã: Et ēt per homines dicte bay. Et ad ꝑdicta faciēenda eligat ſupſtis dicte bay. & dictus ſupreſtes poſſit īponere banna dictis adiacentib⁹ & hominibus dicte bay. vſq; in 5. ſol. conuertendos in vtilitatē dicti Itineris, ad que ſi dictus ſupreſtes fuerit negligens puniat in 100. ſol. den. cōi applican. Et habeant illud ſalarium ꝙ per priores q erunt pro tp̄e fuerit declaratum: Et ad ꝑdicta facienda, et exequenda poteſtas, et officiales dicti cōis teneantur, et debeant pena .x. lib. pro quolibet dicto ſupreſtiti præſtare auxilium conſilium, et fauorem.

De quadam via aptanda in baylia Lanciani. Cap. 13

65v

ITem ſtatuimus, et ordinamus quòd quedã via in bay. Lanciani aptet v3. in Triuio tabiani, quouſq; durat territoriũ Nuce. vſq; in diſtrictũ Aſſiſii, et aptet, et actari debeat ſufficienter, et bene per baylias, et alias perſonas adiacentes dicte vie ad q̃ actandam, et aptari faciendã eligimus generalẽ ſupreſtitẽ dicte bay. qui teneatur p̃dicta exequi, peñ. 100. ſol. et dicti adiacentes teneant parere, et obbedire dicto ſupreſtiti, pena 5. ſol. pro quolibet cuius medietas ſit dicti ſupreſtitis, et alia medietas conuertat in vtilitatẽ vie: Et habeat illud ſalarium quòd per priores q̃ erunt pro tp̃e fuerit declaratũ. Et põtas, & alii officiales dicti cõis teneantur dicto ſupreſtiti inpredictis et circha predicta preſtare auxilium conſilium, et fauorem, pena .x. lib. pro quolibet.

De quodam Fonte fiendo in baylia Andoline. Cap. 14.

ITem ſtatuimus quòd ad ſenſum infraſcripti ſupſtitis reaptetur, et fiat q̃dã fons ĩ bay. Andoline in plano martis in vocabulo Puſalani iuxta Alegrutiũ Cagni iuxta res ſãti Angeli, et iuxta Vagnolum Bartolutii, Et ẽt reaptet pons ibi poſit9 per hõies dicte bay. et per adiacentes dicti põtis, et per homines bay. Muſciani, et Auegne expenſis ipſorũ adiacent. et bay. Et ad p̃dicta facienda, et exequenda eligat ſupſtes generalis dictarũ bayliarum: Qui ſuperſts teneatur p̃dicta exeq̃ et fieri facer̃ de anno proxime venturo, & de menſe Maii, & Iunii p̃dicti anni, pena x. lib. cõi Nuce. applicañ ſi negligens fuerit in p̃dictis, & põtas iudex, & alii officiales dicti cõis teneant, & debeant ad petitionẽ dicti ſupreſtitis p̃dicta fieri facere, & dicto ſupreſtiti in p̃dictis, & quolibet p̃dictorum præſtare adiutorium conſilium, & fauorem, pena poteſtati, & iudici 50. lib den. Et cuilibet alii officiali 25. lib. den. cõi Nuce. applicañ pro quolibet, & qualibet vice, ſi ipſi vel aliquis ipſorum in aliquo prædictorum fuerint negligentes.

De via Africe, & etiam Fonte aptando. Cap. 15.

ITem ſtatuimus, & ordinamus q̃ via qua itur Africã, & fons q̃ eſt indicta cõtrata Africe vſq; ad eccleſiã .s. Andreę reaptent, & reparent ad ſenſum infraſcripti ſupſtitis per homines quarterii Burgi, & adiacentes p̃dictorum fontis, & vie: Et ad p̃dicta exequendum, & faciendũ eligimus ſupreſtitẽ: Qui ſupreſtes teneat, & debeat p̃dicta fieri facere vt dictum eſt de anno p̃nti vel futuro, & de menſe Maii, & Aprilis, pena eidẽ ſi fuerit negligens in p̃dictis .x. lib. cõi Nuce. applicañ, & habeat pro ſuo ſalario quod declarabũt & ordinabunt ſibi priores q̃ pro tp̃e fuerint. Et poteſtas, & alii officiales teneantur, & debeant dare operam efficacem, quòd prædicta fiant vt ſuperius eſt ſcriptum, ſub pena præſtiti iuramenti, & 50. lib. den. cõi Nuce. applicandorum.

De fonte fiendo in Paſſigliano. Cap. 16.

ITem ſtatuimus, & ordinamus q̃ ad ſenſum infraſcriptorum ſupreſtitum fiat q̃dã fons in balia Paſſigliani in vinculo bee, iuxta heredes Berti bonaleue a tribus lateribus, & foſſatum exſpenſis hominum de Paſſigliano, & de Cordaria, & adiacentium dicto fonti ad quẽ ſupreſtes eligatur generalis dicte balie q̃ ſupreſtes teneat, & debeat p̃dicta exeq̃ & fieri facere. Et habeat pro ipſius labore ſalarium per priores q̃ p̃ tp̃e fuerint ordinabunt: Et poteſtas teneatur, & debeat dicto ſupreſtiti dare operam efficacem, quòd dictus fons fiat, pena 50. lib. de ſuo ſalario, ſi prædicta facere neglexerit, & dicto ſupreſtiti x. lib. cõi Nucerii applicandarum ſi negligens fuerit.

Quomodo manuteneatur ſtrata ſubtus domũ Puciarelli. Cap. 17.

ITem ſtatuimus, q̃ ſtrata q̃ eſt ſubtus domũ Pucciarelli Maſſioli aptet, & manu teneat, ab eccleſiã .s. Ioannis, vſq; ad domũ ſer Angeli dñi Berardi, per adiacentes dicte ſtrate, & q̃ nemo debeat ipſam ſtratã modo aliquo, nec in aliqua parte ſui deuaſtare, vel occupare. pena cuilibet contrafacienti 40. ſol. den. pro quolibet & qualibet vice. Et q̃libet poſſit denunptiare, & accuſare, & habeat medietatẽ banni, & ad reparationẽ, & manutentionem ipſius eligat ſupreheſtes: Et p̃dicta oĩa, & ſingula poteſtas dicte ciuitatis, & ſui officiales teneãtur, & debeant ad petitionem ſupradicti ſupreſtitis, & cuiuslibet petentis exequi, pena .x. lib. den. cõi Nuce. applicandorum.

De fonte fiendo in baylia Sdagni Prætane, & aliis. Cap. 18.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ q̃dã Fons poſitus in bay. Sdagni,& voc. Bagnariſchi iuxta viã res eccleſię .s. Angeli de Sdagno reparet̃,& actet̃ v3. de aqueducto ipſi⁹ fontis,vbi eſt diruptus ita,& taliter,ꝙ per ipſum aqua fluere poſſit ad fontẽ p̃dictum, & ipſe fons,& aque ductus reparari debeat per adiacentes ipſius fontis,de meñ Aprilis,& Maii proxime futuri: Et ad faciendum p̃dicta eligat̃ ſupheſtes generalis dicte bay. cum ſalario 40. ſol. quod ſalariũ debeat ſibi ſolui per ſumũ inter adiacentes,pena ipſi ſupreſti, ſi fieri non fecerit p̃dicta .x. lib. den. Et ſimiliter fiat q̃dã fons muratus ad arenã, & calcinã in bay. prætane in vocabulo Caſtri veteris,iuxta viã Stefanum Agnelutii, & alia latera expeñ caſtri dicte bay. & adiacentium dicto fonti,& ad ipſum fontẽ faciẽ fieri eligimus ſuſp̃ſtitem q̃ ſit de dicta bay. Item ſimili modo fiat q̃dam fons in bay. s. Gregorii in loco q̃ dicit̃ fons Collis Paſſiglani iuxta viam ad ſenſum,& voluntatẽ ſup̃ſtitis eligendi de dicta bay. cũ ſalario ei declarando per priores q̃ pro t̃pe fuerint,pena dictis ſup̃ſtitib⁹,& cuilibet eorũ ſi ad p̃dicta negligentes fuerint .x. lib. den. pro quolibet.

De cuſtodia infraſcriptorum Caſtrorum. Cap. 19.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ Caſtra,& Fortellitie infraſcripta q̃ in comitatu Nuc. ſunt v3. caſtrũ Somaregie, Caſtrum inſule,Caſtrũ podii, Adgalati,Caſtrũ Pretane, Turris Ioannis Monaldutii,Caſtrum Laureni,cuſtodiant̃,& cuſtodiri debeant per cuſtodes,& bonos homines de contratis in q̃bus poſita ſunt dicta caſtra, & fortillitie ſicut per ſup̃ſtitẽ, aut dños ipſorũ caſtrorum , & fortillitiarũ ordinatũ extiterit,pena cuilibet contrafacienti 5. ſol. pro quolibet,& qualibet vice cõi Nuce. applicañ· Qui dñi & ſup̃ſtites teneant̃,& debeant pena 100. lib. den. pro quolibet,& qualibet vice qua negligẽtes fuerint ſingulis 15. dieb⁹ oẽs cuſtodes huiuſmodi contrafacientes dare , & aſſignare dñis priorib⁹,& notario cuſtodie dicti cõis. q̃ pro t̃pe fuerint: Qui notarius teneat̃ , & debeat executionẽ facere de dictis in obedientib⁹ de quantitate p̃dicta ipſam quantitatem micti facere in cippũ cõis,pena dicto notario cuſtodie ſi fuerit negligens in p̃dictis x. lib. cõi Nuce. applicañ: Volumus tñ ꝙ infraſcripti cuſtodes caſtrorum,& fortilitiarũ p̃dictorum prout inferius ſcripti ſunt nullo modo debeant ad cuſtodiã, nec ipſam cuſtodiam facere noctis t̃pe in ciuitate Nuce. nec in alio loco,niſi in dictis caſtris , & fortillitiis,vt inferius per ordinẽ apparet v3. Qui cuſtodes hoc modo, & ordine cuſtodiant dicta caſtra v3. ꝙ duo ex eis nocte qualibet cuſtodiant caſtrum ad quod ſunt deputati :Et ꝙ dicti cuſtodes p̃tane ſint ipſius caſtri capit. ipſius caſtri vnuſqſq; vno anno prout per ordinẽ ſunt ſcripti , & ſi q̃s ipſorum pro t̃pe decederet cum voluntate D. Priorum de Nuce. q̃ pro t̃pe fuerint loco defuncti alium eligere debeat : It̃ dicimus ꝙ ſi aliq̃s ex cuſtodib⁹ inſule p̃dicte decederet,vel ſe abſentaret ſup̃ſtites ipſius caſtri poſſint cum volũtate D. Priorum alium eligere loco abſentis,vel moriẽtis.Et ſi ex eiſdẽ cuſtodib⁹ nollet officium caſtellantie gerere quando ſibi contigneret ipſum officium , loco ipſius ſimiliter alium eligere poſſint dicti ſupreſtites.

Quod cuſtodia caſtrorum nullatenus augeatur. cap. 20

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ nullus officialiũ cõis Nuce. audeat vel p̃ſumat auget̃ cuſtodiã caſtrorum dicte ciuitatis directe,vel indirecte aliquo colore q̃ſito,pena contrafacienti 100. lib. pro quolibet,& qualibet vice:Et nihilomin⁹ quod actũ eſſet ſit ipſo iure nullũ.Et hoc capitulũ ſit p̃ciſum aliquo alio in cõtrariũ loquente nõ obſtante.

Quod in infraſcriptis Baliis non poſſit locari aliqua Domus ad penſionem alicui Forenſi. cap. 21.

ITẽ ſtatuimus,& ordinam⁹ ꝙ in Bailii .s. Gregorij .s. Angeli,carbonarie, & Glugiani nulla domus poſſit per aliquẽ locari,ad penſionẽ,vel alio quouis titulo cõcedi, vel dari alicui nõ originario ciuitatis,vel deſtrictus Nuce. vel alicui⁹ bailie in q̃ eſſet dicta domus,nec hoſpitari,vel retinere in domo ſua,vel cõducta,vltra tres dies vice qualibet, ſi ne licentia D. Priorum,pena contrafacienti 25. lib. cõi Nuce. applicañ.

Quod nullus poſſit ędificare aliq̃d in Ortale Fratrũ minorum. cap. 22.

ITem ſtatuimus,& ordinamus pro ſtatu pacifico,& diligentiori cuſtodia habenda in Maccerio,& in poſterũ quod poſſet occurrere tolleñ,& euitandũ ipſorũq; periculorũ

principiis obſtare curantes, ꝙ nulla perſona ciuitatis, vel deſtrictus Nuce. aut aliunde audeat vel p̄ſumat aliquas domos cappannas, ſeu quodcūq; ędificium facere ędificare, ſeu conſtruere, aut aliquod innouare per ſe, vel aliā perſonā quouis q̄ſito colore ſiue cauſa extra de prope muros ciuitatis Nuce. infra has ſenaitas v 3. a porta veteri que dicitur noua infra, & a foſſis antiq̄s dicte porte cōtiguis ītra, & a via prope carceres qua itur ad ſanctum Feliciſſimum directo tendente ad molendina, canonicorū intra verſus ciuitatē Nuce. nec ēt de bonis dicti cōis infra dictas ſenaitas ſituatas quicq̄ apprehendere occupare ſiue vſurpare, quoquo modo īmo ſi q̄d apprehenderet, vel vſurpauerit pro t̄pe futuro p̄terito, vel p̄ſenti dicto cōi liberū & expeditū reddere, & relaſare teneaṫ, & debeat infra octo dies, a die bandiṁ, ſeu p̄cepti fiendi a quocūq; officiale dicti cōis, pena cuilibet contrafacienti in p̄miſſis, aut aliquo p̄miſſorum 50. lib. den. cōi Nuce. applicañ. Et nihilominus quod factū conſtructū, & ędificatū, ſeu innouatū ab hodie in antea fuerit teneaṫ, & debeat eleuare, deſtruere, remouere, & ad ſtatum priſtinum reducere, & relaſſaṫ infra terminum ſupra p̄xime dictum. Et ꝙ nullus magiſter carpentarius, ſiue murator, vel q̄s vis alius audeat, vel p̄ſumat infra dictas ſenaitas in huius ędificii, aut aliquo ipſorum fiendis, ſeu innouandis murare, ſeu aliquod opus facere, vel p̄ſtare, pena cuilibet cōtrafacienti 100. lib. den. per vſum cōi Nuce. applicañ. Et ꝙ ſi pōtas iudex, vel vicarius t̄pe cuius huius ędificia, & domus, vel aliquod p̄dictorum fieri conſentiret, ſeu ſubſtineret, aut quocunq; modo permicteret fieri p̄dicta aut aliquod p̄dictorum, ſoluat dicto cōi nōine, pene 50. lib. den. Et nihilominus p̄dicta oīa, & ſingula ſupra, & infraſcripta de capitulo in capitulum teneaṫ, & debeat obſeruare, & obſeruari facere ſimili, pena 50. lib. den. cōi Nuce. applicañ. Et hoc capitulū, ſeu ſtatutum ſint īmutabilia de quorum, ſeu aliquorum eorum caſſatione, abolitione, ſeu ſuſpenſione proponi reformari non poſſit, nec debeat quoquomodo ingenio ſiue cauſa per t̄pus, & infra t̄pus 50. annorum proxime venturū, & vſq; ad ipſum t̄pus 50. annorum, pena p̄ponenti v 3. priorib⁹ 100 lib. den. pro quolibet ipſorum. Et pōtati, & iudici, vel vicario 200. lib. conſultori, 100. lib. den. cōi Nuce. applicañ & notario q̄ ſcripſerit 100. lib. den. cōi Nuce. applicañ. Et nihilominus, quod fieret, vel reformaretur non valeat, nec teneat ipſo iure.

De pena extrahētis aliquod genus Bladi, & quomō & quando liceat Cap. 23.

ITtē ſtatuimus ꝙ nemo de ciuitate Nuce. vel eius deſtrictu, ſeu aliunde audeat, vel p̄ſumat extra deſtrictū Nuce. extrahere, vel extrahi facere aliquod genus Bladi leguminis vel farine, & q̄ contrafecerit ſoluat cōi nōine pene pro qualibet vice, & qualibet raſenga 100. ſol. & non plus poſito, ꝙ plures eſſent extractiones, ita ꝙ ſecundum quantitates grani, vel bladi puniaṫ. Et ab vna raſenga infra ſimili modo puniaṫ, & ſimili pena, pro qualibet vice, dūmodo q̄libet poſſit portare extra deſtrictum Nuce. de licentia priorum vſq; in quantitatē minus mezinghi leguminis farris, vel farine ſine pena, & banno. Et ſi tales extrahentes fuerint inuenti iuxta confines in viis & ſtradis directis, & actis ad eundum extra deſtrictum Nuce. & non actis ad eundū ad domum ſuā aut aliquod molendinum de dicto deſtrictu, ꝙ a quolibet, poſſit detineri, & reduci ad curiā cōis Nuce. & admictant ſalmā, & beſtiam ſiue ſalmas, & beſtias delinquentes p̄dicti. De q̄bus capientes, & reducentes habeant illā partē in reb⁹ ſic acceptis, ſi tales fuerint legitime condēnati in admiſſione ipſarum rerum q̄ habere debent in bannis ſupradictis, & ſi euenerit ꝙ occaſione dicte captionis, & reductionis dictorum extrahentiū contra dictos extrahentes, & eorum ſotios dūmodo ſe defenderint fuerit aliquod maleficium perpetratum citra mortē ad nullā, penā teneanṫ per petrantes īmo in omni curia expenſ. cōis defendantur, & ſi ex inde rumor, vel gridus fuerit ꝙ vn⁹ q̄ſq; proximus q̄ audiret dictū rumorem debeat ſuccurrere ad fauendū capientib⁹ extrahentes graſſiā, & q̄ contrafecerit puniaṫ in 100. ſol. ſaluis aliis penis in ſtatuto cōtentis quantum ad hunc puntum. Et saluo ꝙ liceat cuilibet habenti fratrē, filium, vel pupillum ad ſtudendum in aliqua terra ad q̄ pro dicto tali ſtudente vellet mictere aliquod genus bladi vel graſſie ꝙ poſſit mictere ad eos, vel alterum eorum duas raſengas grani, vel farine pro quolibet prioratu, & nō plus dūmodo habeat licentiā D. Priorum, vel apodiſſam eorum ſigillo ſigillatā inqua conti-

neatur quantitas. Et ſaluo ꝙ quilibet tam ciuis q̃ forenſis habens terras, & poſſeſſiones in territorio,& diſtrictu Nuce. non habitans in territorio,& deſtrictu Nuc.& de ipſis poſſeſſionib⁹ datã ſoluerit & ſoluiſſet cõi Nuce. poſſit, & ſibi liceat fructus ipſarum terrarũ & poſſeſſionum impune extrahere,& etrahi facere extra diſtrictum Nuce. dum tñ cum licentia,& apodiſſa priorum,& ſaluo,& reſeruato ꝙ ſi q̃s voluerit alicui ſuo conſanguineo,vel amico q̃ exiſteret extra diſtrictum ciuitatis Nuce. dare,vel mictere aliq̃ quantitatem leguminis ꝙ poſſit ei mictere dum tñ habeat licentiam priorum eorum ſigillo vallatã. Et ſaluo ꝙ ſi aliq̃s noſter ciuis ſeu diſtrictualis haberet aliq̃ poſſeſſionẽ extra deſtrictũ Nuce. ꝙ ſibi liceat tp̃e ſeminationis extrahere,& portare bladum ſibi ſufficiens, ꝓ ſemine ipſius poſſeſſionis ſine pena,& banno: Non tamen priorib⁹ liceat dare licentiam aliq̃bus laboratoribus,vel aliis aliter q̃ modo p̃dicto,pena 50. lib. & ipſa licentia data de trahendo graſſiã aliter q̃ mõ prædicto,& in caſib⁹ ſupradictis nõ valeat,nec teneat. Et nihilominus ſi pecuniã doloſe acciperent vel lucrarentur occaſionib⁹ ſupradictis ſoluant,& ſoluere teneanẽ illud bannum,vel ſimile ꝙ ſoluere debuiſſet extrahens, ſi non habuiſſet licentiã,pro quolibet,&qualibet vice. Itẽ dicimus ꝙ nullus audeat,vel p̃ſumat extrahere,vel extrahi facere,& mictere ad forũ alicuius terre circunſtãtis, cauſa vendendi ciappos,Cappones,picciones,vel colũbos cupparellos,vel domeſticos, & qui contrafecerit deducendo,vel portando Ciappos,Loperes, pernices,cauſa vẽdendi vnũ vel plures,ſoluat pro quolibet lepore x. ſol. & totidẽ de ciappis, pro quolibet extracto, vel portato. Pro pernicib⁹ vero pro qualibet ipſarum 5. ſol. ſaluo quòd cuilibet ſit licitum portare p̃dictos vetitos cã donandi vbicunq; voluerit tñ cum conſcĩa D. Priorum q̃ pro tp̃e fuerint: Exceptis Mercatorib⁹,& illis q̃ in foro ciuitatis nuce. vel in ipſa ciuitate p̃dicta res emere palã q̃bus liceat ipſas ſic emptas in dicto loco,etra dictum deſtrictum portare ſine pena,& banno cum licentia D. Priorum cum quorum licentia de dictis animalib⁹ poſſit vnus q̃ſq; volens de ipſis mictere ad aliquẽ ſuum filium fratrẽ, vel pupillum,aut amicum extrahere extra diſtrictum ciuitatis nuce.ſine banno,& aliter nõ ſẽper cum licentia priorum. Itẽ dicimus quòd cum dificilis ſit probatio dictorum delictorum,& ipſa delicta de extractione graſſie,& deueti conſueuerunt frequentari, & ad hoc vt in ipſa ciuitate ſit,& eſſe poſſit fertilitas,& abbundantia de dictis rebus,ſtatuim⁹ quòd ſi aliq̃s noſter ciuis,vel diſtrictualis repertus fuerit in aliqua terra vẽdere, vel habere bladum,vel res p̃dictas,aut alterã earum præſumatur ipſum talẽ vendentẽ,vel habentẽ dictas res tanq̃ portare vel ducere extra deſtrictum,& ẽt extraſſiſſe de ciuitate & deſtrictu p̃dictis adeo quòd per ipſam p̃ſumptionẽ cõdeñ poſſit dũmodo probeẽ ꝑ vnũ teſtẽ de viſu,vel per tres teſtes de fama de q̃bus non ſit p̃ſumptio alicuius malignitatis, itaquòd poſſit torqueri ad inueniendũ veritatẽ,niſi forſan talis inuentus aperte probaret dictum bladum habuiſſe,& eſſe de aliqua ſua poſſeſſione propria,vel conducta ſitua ta in territorio dicte ciuitatis,vel loci vbi repertus eſt vendere dictum bladũ, & vnuſq̃ſq; poſſit denunptiare & accuſare,& habeat medietatẽ banni,qui accuſatores, & teſtes quantũcunq; ſint,digni,& ſecreti priorib⁹ tñ debeant reuelari per officiales dicti cõis, & prædictos priores approbari vtrũ ſint fidedigni,vel non: Itẽ dicimus ꝙ q̃cunq; de ciuitate nuce.vel eius diſtrictu voluerit ire ad macinandũ ad aliquod Molendinum poſſit ire,& ei ſit licitum ſine pena dũmodo non vadat extra deſtrictum ciuitatis nuce.nec vadat ad aliquod molendinũ de quo non ſolueretẽ data ſeu collecta cõi nuce. Et hoc non intelligaẽ in molendinis eccleſiaſticis ſiue clericorum. Et in molendinis cõis. Et ſi q̃s inuentus fuerit cum ſalma bladi extra ciuitatẽ nuce. maxime prope cõfines, & limites noſtros in loco in quo non ſit veriſimile eundẽ ire ad macinãdũ,vel ad ſeminandum, licet haberet apodiſſam præſumaẽ eum voluiſſe extrahere extra diſtrictum ciuitatis nuce.Et dẽ hoc ſtetur ſacramẽto accuſatoris cum vno teſte de viſu,vel trib⁹ de fama adeo quòd torqueri poſſit ad inueniendum veritatẽ: Et ſi confitebiẽ nomine pene puniaẽ i 100.ſol. ſaluo quòd liceat forenſi q̃ apportauerit in noſtro deſtrictu ad macinañ reportare & reportari facere extra noſtrum deſtrictũ farinã de blado ,quòd portauerit ad macinandũ ab extra,dũmodo fidẽ faciat per habitantẽ alicuius domus prope declarañ per priores

de eo,quòd ipſe foreñ apportaſſet ab extra deſtrictum nuce. indiſtrictu noſtro tam tm̃ granum quantũ refert farine,vel probet prædicta per alium modũ legitime ꝓbationis, & ſi probauerit abſoluat̃ Item quòd nemo debeat trahere extra diſtrictũ ciuitatis nuc. panẽ vltra numerum 25. panum vel remulã,ſine licentia priorum: Et q̃ contrafecerit ſoluat cõi nuce. pro qualibet vice, 40. ſol. Itẽ dicimus quòd in qualibet bay. comitat⁹ nuce. eligãt de fide dignis ipſius bay. duo homines per priores,qui retineant apodiſſas, quas portare debeat q̃cunq; iret ad macinandum, q̃ apodiſſe ſint de lapidib⁹, & diuidatur lapis,& partẽ retineat ille q̃ poſitus erit,& aliã partẽ portet ille q̃ iuerit ad macinandum. Et ſi repeireret aliq̃s cum ſalma,vel alio modo cum blado ſiue apodiſſa lapidis rupti in alia bay. diſtrictus nuce. q̃ eſſet in cõfinib⁹ dicti deſtrictus,ſoluat cõi nõine bãni x. lib. Et ſi repeireret iuxta confines,& in loco vbi non eſſet molendinum,vel molẽdina,vel in loco ſuſpecto,ita quòd non ſit veriſimile eundẽ ire ad macinandũ, ſed potius ire etra diſtrictum ciuitatis nuc. ſoluat cõi nõine banni .x. lib. Itẽ dicim⁹ adhoc vt nulla fraus poſſit in ꝑdictis apodiſſis,& licentiis cõmicti,quòd notarius q̃ ſcripſerit licẽtias vel apodiſſas ex parte priorum debeat ipſas ſcribere in quaterno ad hoc ſpetialiter ordinato cum Mil̃lio,menſe,& die; Et ſi contrafecerit ſoluat notari⁹ cõi nõine bãni 100. ſol. Et ꝙ oĩs apodiſſa conceſſa alicui detrahendo bladũ extra deſtrictũ Nuce. in caſibus tñ permiſſis valeat,& valere debeat ea die tantũ qua facta fuerit ſiue data, & non vltra. Exceptis apodiſſis datis per maſſarios bailiarũ q̃ dari debeant illis quantũ ad macinandum,vt dictum eſt q̃ valeant toto tꝑe illius poteſtatis cuius tẽpore ille apodiſſe,& licẽtie conceſſe,& date fuerint. Itẽ dicimus ꝙ cuſtodes graſſie eligendi per priores eligant boni,& legales,& non brigantes,& de quolibet quarterio,& qualibet bay.vel villa quatuor q̃ iurent eorũ officiũ bene,legaliter,& ſollicite exercere,& operari: Et ꝑdicta põtas iudex,vel vicarius teneant̃,& debeant inuiolabiliter obſeruare,& obſeruari facer̃, pena 100. lib. aliquo alio capitulo ordinamẽto,& reformatione nõ obſtante q̃ aliter loq̃rent̃

Qualiter ſoluatur Pedagium. Cap. 24.

Pedagium

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus ꝙ oẽs,& ſinguli forenſes non habitantes ĩ ciuitate, ſeu deſtrictu Nuce. nec facientes cõi Nuce. factiones reales,& perſonales vt faciunt,ſeu facient habitantes in dicta ciuitate,ſeu eius diſtrictu paſſagiũ ſiue pedagiũ cõi Nuce.ſeu emptoribus ipſius pedagii pro reb⁹ infraſcriptis,& prout inferius ſcriptũ eſt ſoluere teneant̃ ac ẽt cõpellãt̃: Imprimis pro qualibet ſalma pãni coloris amulo,8. ſol. a ſomario 6. ſol. ꝓ qualibet ſalma panni Gattinelli, amulo 5. ſol. a ſomario 3. ſol. & 6. den. pro qualibet ſalma Lane,vel Lini amulo 4. ſol. a ſomario 3. ſol. pro qualibet ſalma Canauatii 4. ſol. a ſomario 3. ſol. pro qualibet ſalma Stamegnarũ a mulo 6. ſol. a ſomario 5. ſol. pro qualibet ſalma Salis,vel Ficuũ 8. den. pro ſalma qualibet Olei,vel Carniũ ſalitarum,a mulo 3. ſol. a ſomario 2. ſol. pro qualibet floris petre,a mulo 8. ſol. a ſomario 6. ſol. pro qualibet ſalma Acciarii,a mulo 8. ſol. a ſomario 5. ſol. pro qualibet ſalma Vngini,a mulo 8 ſol. a ſomario 5. pro quolibet equo melioramenti, q̃ duceret̃ ad vendendum,vel q̃ duceret̃ nouiter ẽpt⁹ 6. ſol. ꝓ quolibet Mulicto,& Pullitro cauallino,ſeu Runzino 4. ſol. ꝓ ꝓ qualibet beſtia Aſinina 12. de. ꝓ quolibet cẽteñ caprarũ vel biccorũ 15. ſo. ꝓquolibet cẽtiñ pecudũ 12. ſo. ꝓquolibet Porco 6 de. pro qualibet beſtia Bouina appoglieſe 12. de. & nõ appoglieſe 8 de. pro quolibet porcello 2. de. pro qualibet ſalma bullorũ,& cerbelleriarũ,a mulo 6. ſol. a ſomario 4. ſol. pro qualibet ſalma Plũbi,Ferri,& nõ laborati,a mulo 4. ſo. a ſomario 3. ſo. pro qualibet ſalma Merciũ,vel Geti,a Mulo 6. ſo. a ſomario 4. ſo. pro qualibet ſalma piloſi Coraminis,a mulo 4. ſol. & 6. den. a ſomario 3. ſol. & 6. den. pro qualibet ſalma Piſcium,a mulo 3. ſol. a ſomario 2. ſol. & 6. den. pro qualibet ſalma Mellis,ſeu Requilitii,vel Caſei 3. ſol. pro qualibet ſalma a mulo 30. den. a ſomario 2. ſol. pro qualibet ſalma pili,vel. 2. ſol. pro qualibet ſalma Scotani vel Scotanellorũ 12. den. pro qualibet ſalma Malorũ,vel pirorũ 18. den. pro qualibet ſalma Lignaminis laborati 18. den. pro qualibet ſalma Nucuũ a mulo 2. ſol. & 6. den. a ſomario 2. ſol. pro qualibet ſalma Amigdolarum,a mulo 5. ſol. a ſomario 4. ſol. pro qualibet ſalma malorũ,pirorũ,& ſimiliũ 6. den. pro qualibet ſalma Puponum 12. den.

pro

pro qualibet ſalma Ceparũ, aleorũ, & ſimilium 6. den. pro qualibet ſalma Biccheriorũ,
a mulo 8. ſol. a ſomario 6. ſol. Et ſi portarẽt ĩ collo 18. den. pro qualibet ſalma vbi por
taretur Zaffaramen, vel ſiricum 15. ſol. Et ſi foret ſal' ipſarum rerũ 40. ſol. pro qualibet
ſalma pẽnarum, a mulo 3. ſol. & 6. den. a ſomario 30. den. pro qualibet ſalma ſaponis
3. ſol. & 6. den. pro qualibet ſalma Pillicciarie concie, a mulo 5. ſol. a ſomario 4. ſol. ꝑ
qualibet ſalma vuarũ paſſullarum 3. ſol. pro qualibet ſalma Picis 3. ſol. pro qualibet ſal
ma petrarum maceregnarum 18. den. pro qualibet ſalma Spetierum v3. Piperis, zuc-
cari, Gingiberis, & Cinamomi, a mulo 7. ſol. a ſomario 5. ſol. pro qualibet ſalma cimi
ni, Anaſorum, Curiandri, Sinapis, vel Grani riſi, a mulo 3. ſol. & 6. de. a ſomario 30. dẽ.
pro qualibet ſalma Funium, ſeu riganellorum, a mulo 4. ſol. a ſomario 3. ſol. pro quali-
bet ſalma panni ſubtilis curati, a mulo 5. ſol. pro qualibet ſalma, a ſomario dicti panni
3. ſol. pro qualibet ſalma Aſtarum ferratarũ, a mulo 3. ſol. & 6. den. a ſomario 30. den.
pro qualibet paueſium, tabolatiorum baliſtarum, & ſellarum, a mulo 4. ſol. a ſomario
3. ſol. pro qualibet ſalma Raminis laborati a mulo 5. ſol. a ſomario 3. ſol pro qualibet
ſalma Geſſi 6. den. pro qualibet ſalma Aſſugnie 3. ſol. pro qualibet ſalma palioctorum
& Guarnellorum, a mulo 5. ſol. a ſomario 3. ſol. pro qualibet ſalma pannorum veterũ,
a mulo 5. ſol. a ſomario 3. ſol. pro qualibet ſalma ſeminis Lini 6. den. pro qualibet ſal-
ma Grani 18. den. pro qualibet ſalma pelliũ pecorin. & pro qualibet ſalma vini 6. den.
pro qualibet ſalma Metalli, a Mulo 3. ſol. & 6. den. a ſomario 30. den pro qualibet ſal-
ma Aluminis Marocchi, & ſimilium, a mulo 3. ſol. a ſomario 2. ſol. pro qualibet ſalma
Bombicis, & cere a mulo 6. ſol. a ſomario 4. ſol pro qualibet ſalma Carte bõbicine, a
mulo 3. ſol. & 6. den. a ſomario 30. den. pro qualibet ſalma Pignorum, & Ollearũ 12.
den. pro qualibet ſalma rerum Iudeorũ cuiuſcũq; rei 6. ſol. pro qualibet ſalma armorũ
Arneſium, & aliarum rerum alicuius dñi q iret, vel rediret ad aliquod regimẽ, vel ſigno
riam, & alicuius ſcolaris q iret, vel rediret a ſtudio, vel a dicto regimine 3. ſol. Dicimus
tñ ꝙ pro ſalma rerum q̃ portarenẽ ad aliquod exercitiũ nihil paſſagerii ipſius cõis acci-
pere debeant nullo modo, pro qualibet ſalma calcine 2. den. pro quolibet bracchio ga
ptinelli, ſeu lazei quod portarẽt extra deſtrictum Nuce. 1. den. pro quolibet lepoꝛ 2. dẽ.
pro quolibet pari ſtarnarum, & aliorum pullorũ 2. den. pro quolibet centinario ouorũ
6. den. pro qualibet canna panni q apportarẽt ad valcandum ĩ comitatu Nuce. 1. den.
pro qualibet ſalma Cupporum, ſeu mactonum 2. den. pro qualibet ſalma ſtoiarũ 6. de.
pro qualibet ſalma aſtarum non ferratarum 2. ſol. pro quolibet ſacco Carbonum 3. de.
Item pro qualibet ſalma quarumcunq; rerum q̃ non eſſent in pñti ſtatuto declarate, ſol
uant pedagiũ de ſimili ad ſimile, & ſi non reperirẽt ſimile, ſeu ſimilitudo, ſoluant ipſum
pedagium ſecundum conſuetudinẽ ipſius rei. Excipimus oẽs, & ſingulas perſonas, q̃ ad
ciuitatẽ Nuce. venerint extra deſtrictum dicte ciuitatis, cum aliq bus reb⁹, & maſſaritiis
propter eorum, & ipſarum rerum ſecuritatis tꝑe alicuius timoris incendii, vel robbarie
tam in apportando, q̃ in reportando, & volumus, & ordinamus ꝙ nulla perſona audeat
vel p̃ſumet dictum pedagium in aliquo defraudare, nec in ipſo fraudem cõmictere, nec
viam inuſitatã facere, nec conſuetã loco vbi conſuetum eſt ſolui dictum pedagium trã
ſire, ſine ſolutione ipſius pedagii. Et q contrafecerit in p̃dictis, vel aliquo p̃dictorum ſol
uat, & ſoluere teneaẽ dicto cõi nõine, pene 25. lib. den. Et quilibet poſſit denunptiare,
& accuſare contrafacientes, & eos pr̃r capere, & grauare realiter & perſonaliter, & du/
cere ad curiam dicti cõis Nuce. & eius officiales libere, & impune, & habeat medietatẽ
dicte pene. Et volumus ꝙ emptor ſiue emptores pedagii p̃tium pro quo ei, vel eis vẽdeẽ
ipſum pedagium, pro medietate ſoluat in principio, & anteq̃ ſibi vendatur pro alia vero
medietate ſoluant in medietate anni, pro quo ſibi datum, & venditum eſſet pedagium
ſupradictum. Dicimus tñ ꝙ p̃dicta non vendicent ſibi locum in emptoribus pedagii p̃-
dicti, pro anno pñti vbi aliqd detrahitur ꝙ non creditur: Et ꝙ dictum pedagium ven-
daẽ & oẽs alii introitus dicti cõis publici a 25. lib. den. ſupra vendantur, & vẽdi debeãt
ſingulis annis durãte pñti ſtatuto de die ante occaſum ſolis in generali cõſilio dicti cõis
more ſolito congregato in quo adminus interſint due partes conſiliariorum totius cõ-

68 v

ſilii ſupradicti. Et de conſenſu maioris partis ipſarum duarum partiū fiant vēditiōes p̄dicte ad incantum, & ad inuitā: Et p̄tia conuenta inter priores, & ſcindicum generalē dicti cōis, q pro t pe erunt ex parte vna, & emptores dictorū introitum ex parte altera, ſoluatur dicta die per ēptores p̄dictos cam. dicti cōis, pro ipſo cōi recipienti in qua emptione, & venditione dicti emptores ſuſcipiant in ſe oēs caſus fortuitos, tā diuini, q̄ humani iudicii. Qui caſus ſpecificent̄ & declarentur in ipſa emptione, & venditione cū clauſulis ſpalibus, & generalibus, ita q de iure ipſa emptio bene valeat, tā pro cōi q̄ pro emptorib9 ſupradictis, pena dictis priorib9, & ſcindico, ſi in p̄dictis vel aliquo p̄dictorū remiſſi fuerint 25. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice. Et q dicta emcanta nō poſſit excedere vltra vnum flor. auri, vice qualibet, pena dictis prioribus, & ſcindico, vt ſupra communi Nuce. applicandarum.

Qualiter vendatur filatum in Ciuitate Nucerii. Cap. 25.

ITem ſtatuimu ad hoc, vt ex introitu, & miſſa Lane lini, ſeu canapis foreñ in ciuitate, ſeu deſtrictu Nuce. ād filandū vtilitas conſequatur, q dictus introitus ſeu miſſa lane lini, ſeu canapis foreñ ad filandum in ciuitate, ſeu comitatu Nuce. vendat̄, & vendi debeat per dictum cōe, ſeu ſcindicum generalē dicti cōis, & plus offerenti detur, & vendatur: Et q nulla perſona ciuis, vel foreñ poſſit, nec debeat apportare, nec apportari facer̄ in ciuitate Nuce. nec eius comitatu ad filandū, nec ad dandum ad filandum alicui, ſeu aliq bus lanā linum, ſeu canepā forenſem, niſi ſolumodo ille, ſeu illi q a dicto cōi, ſeu ſcindico dicti cōis emerint ipſum introitū ſeu miſſam dicte lane, lini, & canape foreñ. Et q contrafecerit in p̄dictis, vel aliquo p̄dictorum ſoluat, & ſoluere teneat̄ dicto cōi 25. lib. den. nōine pene pro quolibet, & qualibet vice, qua contra factum fuerit in p̄dictis, aut aliquo p̄dictorum. Et qlibet poſſit accuſare, & denuntiare contrafaciētes, & habeat medietatē dictę penę, & aliā medietatē dicte medietatis habeat, & habere debeat emptor ſeu emptores dicti ītroitus, ſeu miſſe, lane, lini, & canapis forenſiū p̄dictorum, & reliqua deueniat in cōi, & q nulla perſona audeat, nec p̄ſumat in p̄dictis, vel aliquo p̄dictorū facere, nec cōmictere aliq̄ fraudē ad dictā penā: Et quilibet poſſit denunptiare, & accuſar̄ mō, & ordine ſupradictis, & habeat illā partē vt ſuperius eſt expreſſum & modo p̄dicto. Et fraus intelligat̄ eſſe cōmiſſa quando aliqs apportaret, ſeu apportari faceret in ciuitate, vel deſtrictu Nuce. ad filandum, & filari faciendū lanā linū, ſeu canipā forenſem. Et ſi latum dicte lane, lini, ſeu canapis foreñ non apportet ad faciendum, ſeu fieri facieñ pannum de dicto filato in ciuitate, vel deſtrictu p̄dictis: Dicimus inſuper q dicti emptores, ſeu emptor huius introitus, ſeu miſſe, vel alius prope eis non audeat vel p̄ſumat quouis q̄ſito colore, vel aliquo modo dare, vel ponderare alicui perſone ad filandum aliq̄ librā filati, ſeu filandi vltra 15. vncias, pena contrafacienti pro quolibet, & qualibet vice 20. ſol. den. & ſtet̄ ſacramento accuſatoris recipientis: Et p̄dicta oīa poteſtas, & priores dicte ciuitatis q pro t pe fuerint teneant̄, & debeant inuiolabiliter obſeruare, & obſeruari facere ad penā, & ſub pena 50. lib. den. pro quolibet eorum cōi Nuce. applicañ.

De aptatione Turris Somaregie, & Puſtigniani. Cap. 26.

ITem ſtatuimus q priores q erunt pro t pe de menſe Maii, & Iunii proxime venturi teneant̄, & debeant vinculo iuramenti, & pena .x. lib. pro quolibet ipſorū facere, & fieri facere in ſūmitate Turris, Somaregie, & Puſtigniani merlari, & ipſas turres reparare, taliter q Caſtellani, & eorum ſergentes poſſint in eiſdē comode habitare: Et q ſinguli caſtellani teneantur, & debeant ſaluare, & cuſtodire iura, & iuriſdictiones, & cōfinia ipſorum caſtrorum: Et q priores duobus menſib9 poſt approbationē p̄ntium ſtatutorum homines, q pro t pe erunt teneant̄, & debeant facere taliter, & curare q murus caſſari p̄dicti Puſtigniani principiatus finiat̄, & perficiatur ſm̄ pacta inter cōductores dicti operis, & cōe p̄dictum fienda, pena dictis prioribus, & ſupreſtiti .x. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice cōi Nuce. applicanda, & ab eis de facto exigenda.

De electione Scindici generalis cōis, & eius officio. Cap. 27.

ITem ſtatuimus, & ordinamus q anno quolibet durante ſtatuto p̄nti in cōſiliis opportunis dicti cōis congregandis, & fiendis ſemel in anno initiando primis duobus meñ.

subſequentib⁹ poſt approbationẽ pñtiũ ſtatutorum poteſtas,& priores q̃ pro t p̃e erunt
in officio prioratus pro cõi p̃dicto, ſub pena p̃ſtiti iuramenti,& pena 100. lib. den. pro
quolibet eorum,teneant̃ proponere,& proponi facere de electione,creatione,& conſti
tutione duorum bonorum virorum ſcindicorum dicti cõis, q̃ ſint de numero ciuium di
cte ciuitatis: Et ſi in dictis conſiliis fuerit deliberatum,& obtentum per maiorẽ partem
conſiliariorum p̃dictorum ꝙ dicti ſcindici conſtituant̃,& eligantur tunc in ipſis conſiliis
conſtitutio,electio,& nominatio dictorum ſcindicorũ fiant in conſiliis ſupradictis: Et
de dicto ſcindico fiat publicum inſtrumentum rogatũ,& ſcriptum manu Cancellarii di
cti cõis,eo more quo alii ſcindici dicti cõis ſoliti ſunt eligi ordinari,& conſtitui in con-
ſiliis ſupradictis: Et ꝙ in ipſa electione,nominatione,& conſtitutione per ipſa conſilia,
vel maiorẽ partem conſiliariorum dictorum conſiliorum det̃,& attribuat̃ dictis ſcindi-
cis,& cuilibet ipſorum in ſolidum plenum,ac pleniſſima põtas cum pleno libero,ac ge-
nerali mandato,ac plena libera,& generali adminiſtratione bonorum dicti cõis,& cum
ſolenni releuatione,ita ꝙ de iure bene valeat diſcurrendi,indagandi, & perquirendi tã
per ciuitatẽ p̃dictã q̃ per diſtrictum ipſius ciuitatis,& vbi & in q̃bus locis ſint res publi
ce dicti cõis olim,& nunc per dictũ cõe poſſeſſe,vel per aliã perſonã ipſius cõis nõine in
q̃buſcunq; locis,& vocabulis,& infra q̃cunq; latera· Iure tertii reſeruato,& sẽper ſaluo
ſi dicta tertia perſona titulum p̃tenderet a cõi p̃dicto,& ipſas res,& bona per notare re-
digant inſtrumentũ,& redigere faciant,& ſcribi mañ dicti notarii: Et per eum ĩ quodã
libro carte pecudine,bene coperto,& ligato fiendo,& cõponẽdo expeñ dicti cõis, bene
declarat. per certa loca latera,& confines,& per oẽm modum quo melius poterunt de-
clarari,& in ipſis bonis.& rebus intrandi,& ipſorum bonorum poſſeſſ. iam habitam per
cõe p̃dictum,dicti cõis vice,& nõine intrandi continuandi ipſam poſſeſſ. tenendi,& eas
locandi,& oĩa,& ſingula faciendi aliter,& gerendi que in p̃dictis circa p̃dicta,& depen-
dentib⁹,& emergentib⁹ ab eiſdẽ neceſſaria fuerint,& opportuna pro cõi bono,& publi-
ca vtilitate dicti cõis,dũmodo ipſa bona publica p̃dicti ſcindici,nec alter eorum valeãt
neq; poſſint vendere,donare,vel alienare,nec aliquo titulo in alterum transferre,in p̃iu
dicium dicti cõis,& ſi fecerint ipſa alienatio aũte pñtis capituli ſit nulla,irrita,ac in effi-
cax ipſo facto,& eam ex nunc ea auctoritate qua poſſumus caſſamus,irritamus,& virib⁹
vacuamus,ac decernimus non valere: Itẽ ſaluo ꝙ ipſi ſcindici,aut alter ipſorum cum li
centia priorum,& dicti Cõſilii more ſolito,& ſm̃ formã ſtatutorũ dicti cõis valeant vẽ-
dere pedagium,& alios introitus dicti cõis,& ipſi ſcindici,& q̃libet ipſorum ſi contrafe
cerint in p̃dicts 100. flor. auri pen. incurrant. Et dãna,& expenſas quas dictum cõe in-
curreret occaſione p̃dicta dicto cõi reficere cum effectu: Et põtas, vel eius vicarius ſub
pena 200. lib. den. teneat̃,& debeat ipſos ſcindicos,vel alterum ipſorum condẽnare, ſi
contrafecerit,in pena p̃dicta,& eã applicari facere cam̃ dicti cõis pro ipſo cõi: Qui offi-
ciales,& ſcindici teneant̃,& debeant vnum bonum,& expertum notariũ habere eligẽ-
dum,& nominandum in conſiliis ſupra dictis t p̃e conſtitutionis ipſorum ſcindicorũ ex
peñ dicti cõis. Itẽ poſſint,teneantur,& debeant poſſeſſiones,& bona,q̃ dictum cõe du-
dum hũit,& nunc habet cõmunia cum dñis de Somaregio,& aliis q̃buſcunq; perſonis,
& conſortib⁹ dicti cõis in quãtum dictis ſcindicis,vel ipſorum alteri erit poſſibile diui-
dere ab eis,ac ẽt difinire,& terminare,& diuidi,& terminari facere,ac ẽt diuiſa, & ter/
minata conſignare in cõmuni p̃dicto per terminos lapideos muratos ad renam,& calci
nam. Itẽ teneant̃,& debeant ſcindici ſupradicti inueſtigare,& inq̃rere nõina omnium
hõium,& perſonarũ q̃,vel q̃ ipſa bona occupaſſent,& occupata tenerent res,& bona di
cti cõis,& ipſa nõina res,& bona p̃dicta dicti cõis certa,& declarata referre in cõi p̃di-
cto & operã dare efficacem ꝙ ipſa bona ſic occupata relapſent̃,& liberent̃, ab occupato
ribus ſupradictis: Et poteſtas,& vicarius,& alii officiales dicti cõis teneantur,& debeãt
contra tales occupantes inq̃rere,& inq̃ſitionẽ facere de p̃dictis, & repertos culpabiles
condẽnare ſm̃ formã ſtatutorum dicti cõis,quos ſcindicos,& notarios dictorum ſcindi
catorum, p̃dicti poteſtas,& eius officiales teneant̃,& debeant manu tenere,& defende-
re,& eis fauorabiliter aſſiſtere in officio ſupradicto, & in his q̃ ad dictum officium per-

68v

tinebunt,& eis cõmiſſa erunt,& mandata per cõſilia ſupradicta : Itẽ teneant̄,& debeāt dicti ſcĩdici recuperare,& exigere,ac ẽt vendicare oẽs , & ſingulos fructus ſubtractos dicto comuni de bonis,& rebꝰ p̄dictis per alios huc vſq; ĩdebite poſſeſſis, ac ẽt occupatis pro cõi p̄dicto,& ipſos fructus in ipſo cõi facere peruenire,vt poſſibile eis erit : Item ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ꝗcunq; habuerit tꝑe p̄terito poſſ. alicuius rei de rebus publicis ſupradictis cum titulo a cõi p̄dicto teneat̄,& debeat infra tres menſes,a die approbationis p̄ntium ſtatutorum ipſum titulum publice,& auctentice monſtrare,& oſtendere, & copiam facere deſcribendi in cõi p̄dicto quẽ titulum priores ꝗ pro tꝑe fuerint teneātur,& debeant facere regiſtrari.& poni in regiſtro dicti cõis , pena dictis habentibꝰ titulum,& non obſtendentibus,& copiā faciẽtibꝰ,vt p̄dicit̄ dictis prioribꝰ · Et dictis prioribꝰ nõ facientibus ipſos titulos regiſtrari vt prefertur 25. lib. pro quolibet, et qualibet vice : Quā penā põtas dicti cõis per cõdẽnationẽ deuenire faciat in dicto cõi, pena 50. lib. den· ſi fuerit negliens in p̄dictis . Itẽ ꝙ debentes ſoluere cenſum ĩ cõi p̄dicto , alicuiꝰ conceſſionis,occaſione ſibi facte de rebꝰ p̄dictis,vel aliqua earum per ſcindicū dicti cõis vel per priores,vel per conſilia ſupradicta,vel per alium modū teneant̄,& debeant infra dictum tẽpus trium menſium oſtendiſſe prioribꝰ qui erunt pro tꝑe in cõi prædicto , ſe ſoluiſſe dictum cenſum : Et ſiꝗs fuerit repertus ſe non ſoluiſſe dictū cenſum infra biẽniū vel in die ſibi debente ſoluere aſſignato per curſum dicti biennii,cadat ab omni iure ꝙ haberet iure,vel rebꝰ ſibi conceſſa,vel conceſſis de rebus publicis p̄dictis : Et ſit licitum dictis ſcindicis,vel alteri eorum intercedente caſu p̄dicto,rem vel res p̄dictas de ꝗbꝰ dictus cenſus ſolutus non eſſet,vt ꝓmictitur,intrare auctoritate propria & ipſius,vel ipſarum corporalẽ poſſeſſionẽ app̄hendere vice, & nõie dicti cõis,& ea cui voluerit iterū concedere cum licentia D. Priorum ꝗ pro tꝑe erunt in conſiliis ſupradictis,& nõ alibi, pena dictis ſcindicis contrafacientibꝰ in p̄dictis,vel aliquo p̄dictorum 50. lib. den. pro quolibet,& qualibet cõi Nnce. applicañ. Et p̄dicta bandiri debeāt quolibet die mercurii dictorum trium menſium in locis publicis,& conſuetis ad hoc, vt prædicti habentes dictos titulos,& dictos cenſus non ſoluentes nulla poſſint ignorātiā p̄tendere de p̄dictis

Qualiter res cõis emantur,& p̄tium ſcribi in cõmuni. Cap. 28.

ITem ſtatuimus ꝙ ꝗcumq; emerit aliꝗ rem de bonis cõis Nuce. debear oſtendere p̄tium ipſius rei eſſe in introitibꝰ dicti cõis,& aliter non intelligat̄ emiſſe , & ꝗ contrafecerit ſoluat cõi nõine banni 100. ſol. & nihilominus rem emptā debeat reconſignare ac reſtituere dicto cõi,& ꝙ ꝗcunq; ſcindicus,vel camerarius dicti cõis venderet aliꝗ rẽ pro cõi Nuce. p̄tium mictat,& deueniri faciat,ac micti in introitibus dicti cõis,ad penā .x. lib. Et nihilominus dictū p̄tiū debeat reaſſignare,ac reſtituere dicto cõi .

Qualiter conſeruentur indẽnes per cõmune officiales dicti cõis. Cap. 29.

ITem ſtatuimus,ꝙ ſi aliꝗs fuerit electus ad aliquod officium faciẽdū,vel fieri faciendū pro cõi,ſiue per cõe Nuce. per formā alicuius capituli contenti in p̄nti volumine , & vocatꝰ ad aliꝗ curiā ad petitionẽ alicuius perſone collegii,& vniuerſitatis occaſione ipſius officii cuius rei cauſa ipſe citatus ſubſtinuerit aliquod dānum vel expenſas,ꝙ p̄dictū cõe ſẽper cõſeruet̄ indẽnem,& defendat̄ expeñ dicti cõis. Et dictū cõe teneat̄,& debeat eidẽ reficere oĩa dāna,& expenſas q̄,& quas fecerit , vel ſubſtinuerit in quacunq; curia occaſione p̄dicta. Et põtas iudex,vel vicarius,ac ẽt priores ꝗ pro tꝑe fuerint teneantur, pena 25. lib. pro quolibet p̄dicta oĩa & ſingula in dicto capitulo contenta facere inuiolabiliter obſeruari : Et hoc capitulū habeat locum in p̄teritis præſentibꝰ,& futuris .

De inuentario fiendo de rebus aſſignandis poteſtati. Cap. 30.

ITem ſtatuimus ꝙ Camerarius cõis Nuce. & ipſius cam̄ notarius teneant̄ , & debeant pena .x. lib. ꝓ quolibet ipſorum in ſecundā diẽ principii regiminis cuislibet põtatis ire ad Roccā dicte ciuitatis,& inuentarium facere de oĩbꝰ,& ſingulis rebus exiſtentibus in dicta Rocca ipſas res ſingulariter,& diuiſim ſcribere in ipſo inuentario , & ipſas aſſignare dicto põtati ꝗ pro tꝑe erit,& in ipſo inuentario copiam ſcribere de ipſis rebus de verbo ad verbum. Et ipſam copiā prioribꝰ ꝗ pro tꝑe erunt dare,& aſſignare ſimiliter teneant̄ : Et camerarius & notarius cam̄ cõis p̄dicti ꝗ pro tꝑe erunt de oĩbus rebus cõis,

quas

70r

quas darēt pōtati,&aliis officialibus ſiue darent ſcripturas cōis ſiue arma,vel alias maſſaritias in dicta Rocca,vel alibi pro aliquo officiale dicti pōtatis facerent fieri de nouo, vel quomodolibet darent teneantur & debeant ſingulis duob⁹ menſib⁹ reuidere: Et infra 15. dies a die finis regiminis poteſtatis q pro tpe erit,Cam̄, & eius Notarius teneāt & debeant ire ad Roccā,& reuidere ſingulas res datas,& aſſignatas dicto D. Pōtati,vel ei⁹ vicario,& ꝙ ipſas res oēs ſiue illas quas priores voluerint ipſe,vel ali⁹:pro eo debeant reaſſignare ſuo ſucceſſori in pñtia notarii,& Camerarii q pro tpe erunt,& dictas res vt dictū eſt D. Pōtas,vel alius pro eo teneat,& debeat aſſignare pōtati,vel ei⁹ vicario, ſuccedenti,& cam̄ & notarius ſimiliter ſcribere prima die regiminis pōtatis q pro tpe erit & ſi aliqua,vel aliquas de dictis rebus non aſſignaret,vt dictū eſt,poteſtas teneat ad emēdationē dupli valoris rei non aſſignatę: Et per ſcindicum cōis q venerit ad ſcindicādū dictum D. Poteſtatem pro qualibet re non aſſignata,vt ſupra dictum eſt condennet in .x. lib. den. cōi Nuce. applicañ. Et camerarius,& notarius prædicta facere teneantur, ſub pena præſtiti ſacramenti,& x. lib. pro quolibet cōi Nuce. applicañ.

De ſalario Ambaſciatorum. Cap. 31.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ ſi aliqs fuerit miſſus in aliqua Ambaſciata cōis Nuc. intra noſtrum deſtrictum,ſi eques habeat a dicto cōi 20. ſol. ſi vero pedes hēat x.ſol. pro quolibet die: Si vero extra deſtrictum Nuce. & iuerit eques hēat 40. ſol. pro quolibet die: Si vero iuerit pedes habeat 20. ſol. Et pōtas iudex,vel vicarius teneat cogere & cogi facere quēlibet ābaſciatorē electum per priores,& eundē ī dicta ambaſciata mictere,pena 100. ſol. den. q̄ pene incontinenti ſibi auferri debeāt per dictū pōtatē:Et cōi Nuce. applicari, niſi forte haberet iuſtā cauſam,& legitimā, q̄ iuramento debeat aſſignare: Itē ſi qs ambaſciator,ſiue nuntius,vel aliqs alius iret in aliqua ambaſciata mandato dictorum officialiū,& aliquod dānum ſubſtinuerit in perſona, vel rebus occaſione pdicta cōe Nuce. teneat & debeat eundē omni tpe conſeruare indēñ: Et pōtas iudex, vel vicarius,& priores teneant oīa,& ſingula pdicta facere obſeruari. Itē ꝙ ambaſciatę dentur ſcriptę ambaſciatorib⁹ dicti cōis pro qbus iuerint. Itē ꝙ qcūq; fuerit electus ad ipſas ambaſciatas voluerit ducere famulū, ꝙ poſſit ducere: Et camerari⁹ dicti cōis poſſit ſoluere .x. ſol. pro quolibet die: Et ēt teneatur cam̄ dictis ambaſciatorib⁹,& nūptiis ſoluere anteq̄ vadant in ambaſiatā: Sin aūt infra octo dies ad plus,Et ſi contingeret vnum vel plures ambaſciatores ire in ducatu,vel alio poſſint inter duos ducere famulum vnū, & non plures: Et priores q erunt pro tpe non poſſint,nec debeant vltra dictum ſalariū qcq̄ dare,prouidere,aut dari,& ſolui permictere aliquo q̄ſito colore per directum, vel indirectum,nec eqtaturā aliq̄ dictis ābaſciatorib⁹ aut alicui eorum dare,ſeu procurarę pena pdictis priorib⁹ contrafacientib⁹ pro quolibet,& qualibet vice .x. lib. Et notario q ſcripſerit talē expenſam proibitā 100. ſol. pro quolibet,& qualibet vice. Et 16. ſapiētib⁹ q deliberaſſent ,ſeu deliberarent huius expenſas prohibitas 100. ſol. pro quolibet & qualibet vice. Et ſi qs ambaſciator dicti cōis iret ad aliquē locum eques vnde reuerteretur illa eadeq; die qua ſe mouerit a ciuitate,vel deſtrictu habeat illa die 30. ſol. & non vltra.

Quòd ordinamenta facta per artifices habeant bonum robur. Cap. 33.

ITem ſtatuimus,& ordinamus ꝙ oīa,& ſingula ordinamenta facta,& ordinata, edita, per edēda p rectores,& artifice cuiuſcunq; artis dicte ciuitatis, & eiuſdē deſtrict⁹ ſint rata,& firma,& plenā obtineant roboris firmitatē auctoritate pñtis ſtatuti per officiales dicti cōis debeant inuiolabiliter obſeruari vinculo iuramenti,& pena 25. lib. pro quolibet eorum dūmodo dicta ordinamenta ſint firma per D. Priores dūmodo nō ſint edita contra formā ſtatutorum in pñti volumine,nec ēt ſint contra iuriſdictionē dicti cōis, & libertatē ipſius.Et ēt ꝙ dicta ordinamenta non ligent,nec ſe extendant ad aliquas pſonas q̄ non eſſent de illa vniuerſitate per q̄ ipſa ordinamenta condita ſunt.

¶ De Elemoſinis fiendis in feſto .s. Marie de Auguſto,& aliis feſtiuitatib⁹. Cap. 34.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,vt miſericordia Dei nos anticipet in futurum, & pacē, & bonum ſtatū,nobis donare dignet omnipotens: Quòd ad honorē,& reuerentiam

